Casa
Gab R
Est.
Tab. 4
N.º 21

R
4
21

Coimbra

# OFFICIUM Hebdomadæ Sanctæ.

ſecundum conſuetudinem ſanctæ Romanæ eccleſiæ. à Dominica oliuarum vſq; ad diem Paſchę.

44925



CONIMBRICÆ.

Apud Ioannem Barrerium.

1562.

DOMINICA PALMARVM
tertia & ſexta aliquãto maturius
ſolito decantata: ſeu aliter dicta:
& oliuarum ramuſculis ſuper alta
re præparatis: ſacerdos indutꝰ plu
uiali albo, vna cũ miniſtris, & cero
ferarijs, e ſacrario ꝓcedit, & cũ ad
altare peruenerit añam intonat.
Aſperges me dñe. Finitaq; aſꝑſiõe
aquę benedictæ more ſolito: mox
ſubſequens aña à choro decãtatus.



HOſanna filio Da
uid: benedictꝰ
qui venit in nomi
ne dñi: o rex iſrael
hoſãna in excelſis.
Qua decantata ſa
cerdos dicit. Dñs
vobiſcũ. Rel. Et cũ
ſpũ tuo. Oremus.
Hæc oratio in tono orationum
miſſæ cantatur. Oratio.

DEus quẽ diligere, & amare,
iuſtitia eſt: ineffabilis gra-
tiæ tuæ dona in nobis mul-
tiplica: & qui feciſti nos in morte
filij tui ſperare, quæ credimus: fac
nos eodem reſurgẽte peruenire,

quo tendimus. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula.

Subſcripta lectio cãtatur in tono epiſtole ferialis à ſubdiacono.

Lectio libri. Exodi.

IN diebus illis: Venerunt filij Iſrael in Elim: vbi erant duodecim fontes aquarũ, & ſeptuaginta palmæ: & caſtramentati ſunt iuxta aquas. Profectique ſunt de Elim: & venit omnis multitudo filiorũ Iſrael in deſertum Sin: quod eſt inter Elim & Sinai: quintodecimo die menſis ſecundi: poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine: dixerũtque ad eos filij Iſrael. Vtinam mortui eſſemus per manum dñi in terra Ægypti quando ſedebamus ſuper ollas carnium: & comedebamus panem in ſaturitate? Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud: vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad Moyſen. Ecce

ego pluam vobis pané de cœlo.
Egrediatur popul⁹, & colligat quę
ſufficiunt per ſingulos dies: vt té-
tem eum: vtrum ambulet in lege
mea an non. Die autem ſexto pa-
rent quod inferant: & ſit duplum
quam colligere ſolebant per ſingu
los dies. Dixeruntq; Moyſes & Aa
ron ad omnes filios Iſrael, Veſpere
ſcietis quod domin⁹ eduxerit vos
de terra Ægypti: & mane videbitis
gloriá eius. Deinde cantatur per
gradua. Reſp. Collegerunt ponti-
fices & phariſei concilium: & dice-
bant: quid facimus, quia hic homo
multa ſigna facit? ſi dimittimus eũ
ſic, omnes credent in eum: Ne for-
te veniant Romani, & tollant no-
ſtrum locum & genté. Ver. Vnus
auté ex illis Cayphas nomine, cum
eſſet pontifex anni illius prophe-
tauit, dicés: Expedit vobis: vt vn⁹
homo moriatur pro populo, & nõ
tota gens pereat. Ab illo ergo die
cogitauerunt interficere eum di-
centes. Ne for. Vel al.u l. Reſp. In
monte oliueti oraui ad patrem: pa
ter ſi fieri poteſt, tranſeat à me ca-

lix iſte. Spiritus quidẽ promptus eſt: caro autem infirma: fiat volũtas tua. Verſ. Vigilate & orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem. Poſtea cantatur euangeliũ in tono quadrageſimali, ſine luminaribus & incenſo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore: Cum appropinquaſſet Ieſus hieroſolymis: & veniſſet Bethphage ad mõtẽ oliueti: tunc miſit duos diſcipulos ſuos, dicẽs eis. Ite in caſtellum quod cõtra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinam alligatam & pullum cum ea: ſoluite & adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite quia dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Hoc autẽ totum factum eſt: vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetã dicentem. Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam & pullum: filiũ ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præceperat illis, Ieſus. Et adduxerunt aſinam & pul-

lum: & impoſuerunt ſuper eos veſtiméta ſua: & eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima auté turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autem cędebant ramos de arboribus & ſternebant in via. Turbę autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes. Oſanna filio Dauid: benedict⁹ qui venit in nomine domini. Deinde oliuarũ rami benedicuntur. Tunc ſacerdos dicit. Dominus vobiſcũ. Et non vertit ſe ad chorum vt fit in miſſa. Oremus.

AVge fidẽ in te ſperantiũ Deus: & ſupplicum preces cleméter exaudi: vt veniat ſuper nos multiplex miſericordia tua. Bene✠dicantur & hi palmites oliuarũ: & ſicut in figura eccleſiæ multiplicaſti Noe egrediétem de arca: & Moyſen exeuntẽ de Ægypto cũ filiis Iſrael, ita & nos portantes palmas & ramos oliuarũ, bonis actib⁹ occurramus obuiã Chriſto: & per ipſum in gaudium introeamus ęternum. Qui tecum viuit & regnat in vnitatę ſpiritus ſancti Deus.

Hic mutat vocem in tono prætationis ferialis. Per omnia ſęcula ſęculorũ. Reſp. Amẽ. Ver. Dñs vobiſcũ. Reſ. Et cũ ſpiritu tuo. Verſ. Surſum corda. Reſp. Habemus ad dominum. Verſ. Gratias agamus domino Deo noſtro. Reſ. Dignum & iuſtum eſt. Ver. Vere dignũ & iuſtum eſt: ęquum & ſalutare: nos tibi ſemper & vbiq; gratias agere, domine ſancte, pater omnipotẽs, ęterne Deus: qui gloriaris in conſilio ſanctorum tuorum: tibi enim ſeruiunt creaturæ tuę: quia te ſolum auctorẽ, & Deum cognoſcũt. Et omnis facturá tua te collaudat: & benedicũt te ſancti tui. Quia illud magnũ vnigeniti tui nomẽ corá regibus & poteſtatibus huius ſeculi, libera voce cõfitentur. Cui aſſiſtũt angeli & archãgeli: throni & dominationes. Cũque omni militia cœleſtis exercitus: hymnũ glorię tuę concinũt: ſine fine dicẽtes.

Cantatur a choro in tono feriali. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus ſabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua, oſána in excelſis.

Benedictꝰ qui venit in nomine domini, oſanna in excelſis. Deinde. Ver. Dominus vobiſcum. Reſ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

PEtimus domine ſācte: pater omnipotens: æterne Deus: vt hanc creaturam oliuæ, quā ex ligni materia prodire iuſsiſti: quāq́ue colūba rediēs ad arcam proprio pertulit ore: bene✠dicere: & ſancti✠ficare digneris: vt quicunque ex ea acceperint: accipiant ſibi ad protectionē animæ & corporis: fiatq; domine noſtræ ſalutis remedium: tueq́ue gratiæ ſacramentum. Per Chriſtum dominum noſtrum. Reſ. Amen. Oremus.

DEus qui diſperſa cōgregas, & cōgregata cōſeruas: qui populis obuiā Ieſu ramos portātibꝰ bn̄dixiſti: bene✠dic etiā & hos ramos palmæ & oliuę: quos tui famuli ad honorē nominis tui fideliter ſuſcipiunt: vt in quemcunque locum introducti fuerit: tuam benedictionem habitatores loci illius conſequantur: & omni aduerſitate effugata: dextera tua

protegat: quos redemit Ieſus Chriſtus filius tuus dominꝰ noſter: qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſæculorũ. Reſ. Amẽ. Oremus.

DEus qui miro diſpoſitionis ordine: ex rebus etiam inſenſibilibus diſpenſationem noſtræ ſalutis oſtendere voluiſti: da quęſumꝰ: vt deuota tuorum turma fidelium ſalubriter intelligat: quicquid myſtice deſignatur in facto: quæ hodie cœleſti lumine afflata: & redẽptori obuiam procedens: palmarũ atq; oliuarum ramos veſtigijs eius ſubſtrauit. Palmarum ergo rami, de mortis principe triumphos expectant: ſurculi vero oliuarum: ſpiritualem vnctionẽ adueniſſe quodammodo clamat. Intellixit enim iam tunc illa beata hominum multitudo præfigurari: quia redẽptor noſter humanis condolens miſerijs, pro totius mundi vita, cũ mortis principe eſſet pugnaturus: ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obſequẽs adminiſtrauit: quæ in illo, & triumphos victoriæ: &

miſericordiæ pinguedinem decla rarent. Quod nos quoq; plena fide & factum, & ſignificatum retinentes: te dñe ſancte: pater omnipotẽs: ęterne Deus: per eundẽ dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſupplicite exoramus, vt in ipſo, atque per ipſum: cuius nos membra fieri voluiſti, de mortis imperio victoriam reportãtes: ipſius glorioſę reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſęcula ſęculorũ. Oremus.

DEus qui per oliuę ramũ, pacem terris: columbã nunciare voluiſti: præſta quæſumus: vt hos oliuę, ceterarumq; arborũ ramos: cœleſti bene ✠ dictione ſanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad ſalutem. Per Chriſtum dominũ noſtrum. Reſp. Amen. Oremus.

BEne ✠ dic quæſumus dñe hos palmarum ſeu oliuarum ramos: & præſta: vt quod populus tuus ſe tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc ſpiritualiter ſũma deuotione perficiat: de hoſte

victoriam reportando: & opus miſericordiæ ſummopere diligendo. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium. Hic rami aſperguntur aqua benedicta cum ana. Aſperges me domine, &c. ſine cantu & ſine pſalmo, & incenſantur. Deinde dicit ſacerdos. Dñs vobiſcum. Reſp. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

DEus, qui filium tuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum pro ſalute noſtra in hunc mũdum miſiſti. vt ſe humiliaret ad nos: & nos reuocaret ad te: cui etiam dum Hieruſalem veniret: vt adimpleret ſcripturas: credentium populorum turba: fideliſsima deuotione veſtimenta ſua cum ramis palmarum in via ſternebant: præſta quæſumus: vt illi viam fidei præparemus: de qua remoto lapide offenſionis, & petra ſcandali: frondeant apud te opera noſtra, iuſtitiæ ramis: vt eius veſtigia ſequi mereamur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorũ. Amen.

Diaconus & ſubdiaconus primum,

ac cæteri miniſtri altaris: deinde monachi, & primo, qui prouectioris ætatis ſeu dignitatis ſunt: reuerenter capite diſcooperto, bini accedentes ad altare: accipiunt à ſacerdote ramos oliuarum. Interim à choro cantantur añæ. Pueri hæbreorum, portantes ramos oliuarum, obuiauerunt domino, clamantes, & dicentes, oſanna in excelſis. Alia aña. Pueri hebreorum, veſtimenta proſternebant in via: & clamabant dicentes: oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Quæ ſi non ſufficiant, repetantur quouſque ramorũ diſtributio finiatur. Deinde dicit ſacerdos. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus: qui dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ die azimorũ ſuper pullũ aſinę ſedere feciſti, & turbas populorum veſtimenta vel ramos arborum in via ſternere, & oſanna decantare in laudem ipſius docuiſti: da quęſumus: vt illorum innocentiam imitari poſsimus: & eo-

rum meritum cõſequi mereamur: Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Poſtea fit proceſsio, & cãtantur antiphonę ſubſcriptæ queuſque redeunt ad eccleſiam. Añ.
Quum appropinquaret dominus Ieroſolymam, miſit duos ex diſcipulis ſuis dicens: ite in caſtellum quod contra vos eſt: & inuenietis pullum aſinę alligatum: ſuper quẽ nullus hominum ſedit: ſoluite, & adducite mihi. Si quis vos interrogauerit: dicite, opus domini eſt. Soluentes adduxerũt ad Ieſum: & impoſuerunt illi veſtiméta ſua: & ſedit ſuper eum. Alij expãdebant veſtiméta ſua in via: alij ramos de arboribus externebant: & qui ſequebantur clamabant: oſanna, benedictus qui venit in nomine domini: benedictum regnum patris noſtri Dauid: oſanna in excelſis: miſerere nobis fili Dauid. Alia añ.
Quum audiſſet populus: quia Ieſus venit Ieroſolymã: acceperunt ramos palmarum, & exierunt ei obuiam: & clamabant pueri dicetes. Hic eſt, qui venturus eſt in ſa-

ſutem populi: hic eſt ſalus noſtra: & redemptio Iſrael. Quantus eſt iſte: cui throni & dominationes occurrunt? Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit tibi ſedens ſuper pullum aſinę, ſicut ſcriptum eſt. Salue Rex fabricator mundi: qui veniſti redimere nos. Alia antipho. Ante ſex dies ſolennis paſchæ, quando venit dn̄s in ciuitatem Hieruſalem, occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum: & clamabant voce magna dicẽtes Oſanna in excelſis benedictus qui venit in multitudine miſericordiæ tuę oſanna in excelſis. Alia an̄a. Occurrunt turbę cum floribus & palmis redemptori obuiam: & victori triumphanti digna dant obſequia filium Dei, ore, gentes prædicant: & in laudem Chriſti voces tonãt per nubila, oſãna in excelſis. Alia an̄a. Cum angelis & pueris fideles inueniamur triũphatori mortis clamantes: oſanna in excelſis. Alia an̄a. Turba multa quæ cõuenerat ad diem feſtũ clamabat domino,

benedictus qui venit in nomine domini, oſanna in excelſis. Quum autem peruentum fuerit ad eccleſiam: confeſtim duo cantores pluuialibus induti, in eam ingrediuntur: & clauſo oſtio, facieq. cõuerſa ad proceſsioné, incipiunt. Gloria laus & honor: tibi ſit rex Chriſte redéptor. Et totũ decantãt vſque Iſrael es tu rex Dauidis, &c. Qui vero foris ſtant, mox illud repetunt. Deinde cantores qui in eccleſia ſunt, reliquos verſus proſequuntur. Et qui foris ſtant, poſt duos quoſque verſus elegos reſpondent. Gloria laus & honor, tibi ſit rex Chriſte redemptor. Cui puerile decus prompſit oſanna pium.

¶ Hi ſubſcripti verſus vel in toto vel in parte decantandi ſunt ad arbitrium ſuperioris. Cãtores incẽpiũt. Gloria laus & honor: tibi ſit rex Chriſte redemptor. Cui puerile decus prompſit oſanna piũ. Chorus reſpõdet. Gloria laus & honor tibi ſit rex Chriſte redéptor, &c. Cantores. Iſrael es tu rex Daui-

dis,d& inclyta proles. Nomine qui in domini, rex bñdicte venis. Chorus. Cui puerile dec⁹ prõpſit oſanna pium. Cantores. Cętus in excelſis, te laudat cœlic⁹ omnis. Et mortalis homo, cuncta creata ſimul. Chorus. Gloria laus & honor tibi ſit rex Chriſte redemptor: Cui puerile decus prompſit oſanna piũ. Cantores. Plebs hebręa tibi cum palmis obuia venit: Cum prece voto hymnis adſumus ecce tibi. Chorus. Cui puerile decus prompſit oſanna pium. Cãtores. Hi tibi paſſuro, ſoluebant munia laudis: Nos tibi regnanti, pangimus ecce melos. Chorus. Gloria laus. Cãtores. Hi placuere tibi, placeat deuotio noſtra. Rex bone, rex clemens: cui bona cuncta placent. Chorus. Cui puerile dec⁹ prompſit oſanna piũ. Cãtores. Fecerat hebręos hos gloria ſanguinis almi. Nos facit hebręos tranſitus ecce pius. Chorus. Gloria, laus, & honor, tibi ſit rex Chriſte redemptor. Cantores. Sis pius aſcenſor tu: nos & ſimus aſelli. Tecum nos capiat vrbs vene-

randa Dei. Chorus. Cui puerile decus prompſit oſanna pium. Cantores. Veſtis apoſtolicæ rutilo fulgore tegamur: Te bene docta vt eam, noſtra caterua vehat. Chor⁹. Gloria laus, & honor, tibi ſit rex Chriſte redemptor. Cãtores. Tegmine ſic animę ſternamus corpora noſtra: Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi. Chorus. Cui puerile decus prompſit oſanna pium. Cantores. Sit pia pro palmæ nobis victoria ramis: Vt tibi victrici ſorte canamus ita. Chorus. Gloria, la⁹, & honor, tibi ſit rex Chriſte redẽptor. Facto ſigno à cantoribus per diaconum, fores aperiuntur eccleſię: & ſacerdos incipit. Aña. Ingrediente domino in ſanctam ciuitatem: hebręorum pueri reſurrectionem vitę pronunciantes: cum ramis palmarum oſanna clamabant in excelſis. Ver. Cumq́ue audiſſet populus quod Ieſus veniret Ieroſolymam: exierunt obuiam ei cũ ramis. Et nõ dicitur. Gloria, laus.

¶ Dominica in palmis. Statio ad ſanctum Ioannem in lateran.

Ad miſſam. Introitus.

DOmine, ne longe facias auxilium tuũ á me: ad defenſionem meam aſpice: libera me de ore leonis: & à cornibus vnicorniũ humilitatem meã. ℣ps Deus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti: longe à ſalute mea, verba delictorum meorum. Iterum. Domine ne longe. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne de⁹: qui humano generi, ad imitãdũ humilitatis exemplum, ſaluatorem noſtrum carnẽ ſumere, & crucem ſubire feciſti: cõcede propitius: vt & patiẽtiæ ipſius habere documẽta: & reſurrectionis cõſortia mereamur. Per eundẽ dñm noſtrũ Ieſũ.

Hec oratio tantum dicitur.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

FRatres. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu: qui cum in forma Dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiẽs: in ſimilitudinem hominum factus: & ha-

bitu inuētus vt homo. Humiliauit ſemetipſum: factus obediens vſq; ad mortem: mortē antem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomē: vt in nomine Ieſu, omne genu flectatur: cœleſtium: terreſtriū: & infernorum: & omnis lingua confiteatur: quia dominus Ieſus Chriſtus: in gloria eſt Dei patris. Grad. Tenuiſti manū dexterā meā: & in volūtate tua deduxiſti me: & cū gloria aſſumpſiſti me. ver. Quā bonus Iſrael Deus rectis corde! mei autē pene moti ſūt pedes: pene effuſi ſunt greſſ⁹ mei: quia zelaui in petōrib⁹ pacē peccatorū videns. Tractus. Deus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? ver. Lōge a ſalute mea: verba delictorum meorum. Verſ. Deus meus clamabo per diē: nec exaudies: in nocte: & non ad inſipientiā mihi. Ver. Tu autē in ſancto habitas, laus Iſrael. Ver. In te ſperauerūt patres noſtri, ſperauerūt, & liberaſti eos. Ver. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te

ſperauerunt, & nõ ſunt cõfuſi. v.
Ego autẽ ſum vermis & nõ homo:
opprobriũ hominũ; & abiectio ple
bis. ver. Omnes qui videbant me,
aſpnabantur me: locuti ſunt labijs
& mouerunt caput. ver. Sperauit ĩ
dño eripiat eũ: ſaluũ faciat eũ: qm
vult eum. ver. Ipſi vero conſidera-
uerunt, & cõſpexerunt me: diuiſe-
runt ſibi veſtimenta mea: & ſuper
veſtẽ meã miſerunt ſortẽ. ver. Libe
ra me de ore leonis: & a cornibus
vnicorniũ humilitatem meã. ver.
Qui timetis dñm, laudate eũ: vni-
uerſum ſemẽ Iacob magnificate eũ
ver. Annũciabitur dño generatio
ventura: & annunciabũt cœli iuſti
tiã eius. ver. Populo qui naſcetur:
quem fecit dñs. Paſſio dñi abſq; bñ
dictione dicitur: & ſine Dñs vobiſ
cũ. Et ſine luminaribus & ĩcẽſo:
abſoluteq; incipitur: nec rñdetur.
Gloria tibi dñe. Perueniẽto autẽ ad
partem illam quæ in tono euãgelij
legitur: benedictio petitur: & incẽ
ſum atq; luminaria portãtur: ſicut
cõſuetum eſt fieri ad euangelium.
Similiter fit alijs diebus quando le

gitur paſſio. Paſſio dñi noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Matthæum.



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduũ paſcha fiet: & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc cõgregati ſunt pricipes ſacerdotũ, & ſeniores populi, in atrium principis ſacerdotũ, qui dicebatur Caiphas: & cõſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autẽ. Non in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo. Cum autẽ eſſet Ieſus in Bethania, in domo Simonis leproſi: acceſſit ad eũ mulier habens alabaſtrũ vnguenti precioſi: & effudit ſuper caput ipſius recũbentis. Videntes autẽ diſcipuli, indignati ſunt, dicẽtes. Vt quid ꝑditio hæc? Potuit enim vnguentũ iſtud venũ dari multo: & dari pauperibꝰ. Sciẽs autem Ieſus, ait illis. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus eni bonũ operata eſt in me. Nam ſemꝑ pau-

peres habebitis vobiſcum: me aũt non ſemper habebitis. Mittẽs eñi hęc, vnguentũ hoc, in corpus meũ: ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicunq; prędicatũ fuerit hoc euangeliũ in toto mundo, dicetur & quod hęc fecit in memoriã eius. Tũc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Scarioth, ad principes ſacerdotum, & ait illis. Quid vultis mihi dare: & ego eum vobis tradã? At illi cõſtituerunt ei triginta argẽteos. Et exinde quærebat opportunitatẽ: vt eũ traderet. Prima autẽ die azimorũ, acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicẽtes. Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? At Ieſus dixit. Ite in ciuitatẽ ad quendã: & dicite ei. Magiſter dicit. Tempus meũ prope eſt: apud te facio paſcha cũ diſcipulis meis. Et fecerũt diſcipuli ſicut cũſtituit illis Ieſus: & parauerũt paſcha. Veſpere autẽ facto, diſcũbebat cũ duodecim diſcipulis ſuis: & edentibus illis, dixit. Amẽ dico vobis: quia vnus veſtrũ me traditurus eſt. Et cõtriſtati valde, cæperũt ſinguli dice-

re, Nũquid ego ſum dñe? At ipſe reſ
põdẽs, ait. Qui intingit mecũ ma-
nũ in paropſide: hic me tradet. Fi-
lius quidẽ hominis vadit: ſicut ſcri
ptũ eſt de illo. Væ aũt homini illi:
per quẽ fili⁹ hominis tradetur. Bo-
nũ erat ei, ſi natus nõ fuiſſet homo
ille. Reſpõdens autẽ Iudas qui tra-
didit eũ, dixit. Nũquid ego ſũ rab-
bi? Ait illi. Tu dixiſti. Cęnãtib⁹ aũt
eis: accepit Ieſus panẽ: & bñdixit,
ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis: &
ait. Accipite, & comedite: hoc eſt
corpus meũ. Et accipiẽs calicẽ, gra
tias egit, & dedit illis, dicẽs. Bibite
ex hoc oẽs. Hic eſt enĩ ſanguis me⁹
noui teſtamẽti: qui pro multis effũ
detur in remiſsionẽ peccatorũ. Di
co autẽ vobis: non bibã amodo: de
hoc genimine vitis, vſq; in diẽ illũ:
cũ illud bibã vobiſcũ nouũ ĩ regno
patris mei. Et hymno dicto, exie-
rũt in mõtẽ oliueti. Tũc dixit illis
Ieſus. Omnes vos ſcãdalũ patiemi-
ni in me in iſta nocte. Scriptum eſt
enim: Percutiã paſtorem: & diſper-
gentur oues gregis. Poſtquam au-
tem reſurrexero: præcedam vos in

Galilæam. Reſpondēs aūt Petrus, ait illi. Et ſi omnes ſcādalizati fuerin in te: ego nunq̃ ſcandalizabor. Ait illi Ieſus. Amen dico tibi: quia in hac nocte, antequā gallus cātet ter me negabis. Ait illi Petr⁹. Etiā ſi oportuerit me mori tecū: nō te negabo. Similiter & oēs diſcipuli dixerunt. Tunc venit Ieſus cū illis in villam quę dicitur Gethſemani & dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic, donec vadā illuc, & orem. Et aſſumpto Petro, & duobus filijs zebedęi: cępit cōtriſtari, & męſtus eſſe. Tūc ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Suſtinete hic, & vigilate mecum. Et progreſſus puſillum: procidit in faciē ſuam orans & dicens. Pater mi, ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte: Veruntn̄ non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos: & inuenit eos dormientes. Et dicit Petro. Sic Nō potuiſtis vna hora vigilare mecū? Vigilate, & orate: vt non intretis in tētationē. Spiritus quidem promptus eſt: caro autem infirma. Iterū ſecūdo abijt: & orauit dicēs. Pater

mi: ſi non poteſt hic calix trãſire niſi bibã illum: fiat volũtas tua. Et venit iterũ: & inuenit eos dormiẽtes: Erant enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abijt: & orauit tertio, eũdem ſermoné dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dixit illis: Dormite iá, & requieſcite. Ecce appropinquabit hora: & filius hominis tradetur í manus peccatorũ. Surgite, eamus: Ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc eo loquente: ecce Iudas vnus de duodecim venit: & cũ eo turba multa: cum gladijs & fuſtibus: miſſi á principibus ſacerdotũ: & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignũ dicens. Quẽcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ. Et cõteſtim accedẽs ad Ieſum dixit: Aue rabbi. Et oſculatus eſt eũ. Dixitq́ illi Ieſus. Amice ad quid veniſti? Tũc acceſſerũt & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerũt eũ. Et ecce vnus ex his qui erãt cum Ieſu extẽdens manũ: exemit gladiũ ſuũ: & pecutiẽs ſeruũ principis ſacerdotũ: amputauit auricu-

lam eius. Tũc ait illi Ieſus. Cõuerte gladiũ tuum in locũ ſuam. Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribũt. An putas quia non poſſum rogare patrẽ meũ: & exhibebit mihi modo plus quã duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur ſcripturæ? Quia ſic oportet fieri. In illa hora dixit Ieſus turbis. Tanquã ad latronẽ exiſtis cum gladijs & fuſtibus comprehẽdere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo: & non me tenuiſtis. Hoc autẽ totũ factum eſt: vt adimplerẽtur ſcripturæ prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenẽtes Ieſum: duxerũt eum ad Caypham principem ſacerdotum: vbi ſcribæ & ſeniores cõuenerant. Petrus autem ſequebatur eum à longe, vſq; in atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris vt videret finem. Principes autem ſacerdotum & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum: vt eum morti traderẽt: & nõ inuenerunt: quum

multi falſi teſtes acceſsiſſent. No-
uiſsime autẽ venerũt duo falſi te-
ſtes: & dixerunt. Hic dixit, Poſſum
deſtruere templũ Dei: & poſt tri-
duũ reædificare illud. Et ſurgẽs pri
ceps ſacerdotũ ait illi. Nihil reſpõ-
des ad ea, quę iſti aduerſum te te-
ſtificantur? Ieſus autem tacebat. Et
princeps ſacerdotũ ait illi. Adiuro
te per Deũ viuũ, ut dicas nobis, ſi
tu es Chriſtus filius Dei viui. Dixit
illi Ieſus. Tu dixiſti. Verũtamen di
co vobis: amodo videbitis filiũ ho-
minis ſedentem â dextris virtutis
Dei, & venientẽ in nubibus cœli.
Tũc princeps ſacerdotũ ſcidit ve-
ſtimenta ſua dicẽs, Blaſphemauit.
Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce
nũc audiſtis blaſphemiã. Quid vo-
bis videtur? At illi reſpondentes
dixerunt, Reus eſt mortis. Tũc ex-
puerunt in faciem eius: & colaphis
eum cęciderunt. Alij autẽ palmas
in faciem eius dederunt dicentes:
Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt
qui te percuſsit? Petrus vero ſe-
debat foris in atrio. Et acceſsit ad
eũ vna ancilla dicens. Et tu cũ Ieſu

galilęo eras. At ille negauit coram omnibus dicēs. Neſcio quid dicis. Exeunte autem illo ianuā: vidit eū alia ancilla: & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Ieſu Nazareno: Et iterū negauit cum iuramēto: quia nō noui hominē. Et poſt puſillum acceſſerūt qui aſtabant: & dixerūt Petro. Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit. Tūc cœpit deteſtari & iurare: quia nō nouiſſet hominē. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrꝰ verbi Ieſu quod dixerat: priuſquā gallus cātet, ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit amare. Mane autē facto cōſilium inierūt oēs principes ſacerdotū & ſeniores populi aduerſus Ieſum: vt eum morti traderēt. Et vinctum adduxerunt eū: & tradiderūt Pōtio Pilato prędidi. Tūc videns Iudas qui tradidit eū: quod dānatus eſſet: pœnitētia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotū & ſeniorībꝰ dicens. Peccaui, tradēs ſanguinem iuſtū. At illi dixerūt. Quid ad nos? tu videris? Et proiectis argenteis

in tēplo receſsit : & abiens laqueº
ſe ſuſpēdit. Pricipes autē ſacerdo-
tū acceptis argenteis dixerūt. Nō
licet eos mittere in corbonā:quia
precium ſanguinis eſt. Cōſilio au-
tem inito,emerunt ex illis agrū fi
guli in ſepulturā peregrinorū. Pro-
pter hoc vocatꝰ eſt ager ille Achel-
dama: hoc eſt ager ſanguinis , vſq;
in hodiernū diem. Tūc impletum
eſt quod dictū eſt per Hieremiam
prophetam dicentē. Et acceperūt
triginta argenteos preciū appre-
ciati:quē appreciauerunt à filijs Iſ-
rael: & dederunt eos in agrum fi-
guli: ſicut conſtituit mihi dominꝰ.
Ieſus autē ſtetit ante præſidem: Et
interrogauit eum prȩſes dicēs. Tu
es rex iudæorum? Dicit ei Ieſus. Tu
dicis. Et quum accuſaretur à prin-
cipibus ſacerdotum & ſenioribus:
nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pi-
latus. Non audis quanta aduerſum
te dicunt teſtimonia? Et non reſ-
pondit ei ad vllum verbum : ita vt
miraretur præſes vehementer. Per
diem autem ſolennem conſueue-
rat prȩſes dimittere populo vnum

vinctum quẽ voluiſſent. Habebat autẽ tũc vnũ vinctum inſignẽ qui dicebatur Barrabas: qui propter ſeditionẽ miſſus fuerat in carcerem. Cõgregatis autẽ illis dixit Pilatus: Quẽ vultis dimittã vobis: Barrabã an Ieſum: qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim quod per inuidiã tradidiſſent eũ. Sedente autem illo pro tribunali: miſit ad illũ vxor eius dicens, Nihil tibi & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerũt populo, vt peterẽt Barrabã: Ieſum vero perderẽt. Reſpondẽs autẽ pręſes ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Barrabam. Dicit illis Pilat⁹. Quid ergo faciam de Ieſu: qui dicitur Chriſtus? Dicũt omnes. Crucifigatur. Ait illis praſes. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autẽ Pilatus quia nihil proficeret: ſed magis tumultus fieret: accepta aqua: lauit manus coram populo dicens, Innocens ego ſum a ſan-

guine iuſti huius: vos videritis. Et
reſpondens vniuerſus populus di-
xit. Sãguis eius ſuper nos, & ſuper
filios noſtros. Tũc dimiſit illis Bar-
rabam: Ieſum autem flagellatum
tradidit eis vt crucifigeretur. Tũc
milites præſidis ſuſcipientes Ie-
ſum in prætorio: congregauerunt
ad eum vniuerſam cohortem. Et
exuentes eum, clamydem cocci-
neam circundederunt ei: & ple-
ctentes coronam de ſpinis poſu-
erunt ſuper caput eius: & arun-
dinem in dextera eius: & genu
flexo ante eum illudebant ei, di-
centes. Aue Rex Iudæorum. Et
expuentes in eum, acceperunt a-
rundinem: & percutiebant caput
eius. Et poſtquã illuſerũt ei: exue-
rũt eum clamyde: & induerunt eũ
veſtimentis eius: & duxerũt eũ vt
crucifigerẽt. Exeuntes autẽ inue-
nerunt hominẽ cyreneum venien-
tem obuiã ſibi, nomine Simonem.
Hunc angariauerunt: vt tollerẽt
crucẽ eius. Et venerunt in locũ qui
dicitur Golgotha: quod eſt Calua-
riæ locus: & dederũt ei vinũ bibere

eum felle mixtum. Et cum guſtaſ-
ſet noluit bibere. Poſtquam auté
crucifixerunt eum: diuiſerunt ve-
ſtimenta eius ſortem mittétes: vt
impleretur quod dictũ eſt per pro-
phetã dicentem: Diuiſerũt ſibi ve-
ſtiméta mea: & ſuper veſté meam
miſerunt ſorté. Et ſedentes ſerua-
bant eum. Et impoſuerũt ſuper ca
put eius cauſam ipſius ſcriptã. Hic
eſt Ieſus Nazarenus rex iudæorũ.
Tunc crucifixi ſunt cũ eo duo la-
trones: vnus a dextris, & vnus a ſi-
niſtris. Prætereũtes auté blaſphe-
mabant eum: mouentes capita ſua
& dicẽtes. Vah qui deſtruis tem-
plũ Dei: & in triduo illud reędifi-
cas. Salua temetipſum. Si filius Dei
es: deſcende de cruce. Similiter &
principes ſacerdotũ illudẽtes cum
ſcribis & ſenioribus dicebãt. Alios
ſaluos fecit: ſeipſum nõ poteſt ſal-
uũ facere. Si rex Iſrael eſt, deſcẽdat
nunc de cruce: & credemus ei. Cõ-
fidit in Deo: liberet eũ nũc ſi vult.
Dixit enim, quia filius Dei ſum. Id
ipſum auté & latrones qui crucifi-
xi erãt cum eo: improperabant ei.

A ſexta autē hora, tenebræ factæ
ſunt ſuper vniuerſam terrā vſq; ad
horam nonā. Et circa horam nonā
clamauit Ieſus voce magna dicēs.
Eli, Eli lamaſabathani. Hoc eſt: De
us meus: Deus meus: vt quid dere-
liquiſti me? Quidā autem illic ſtā-
tes & audiētes dicebant. Eliam vo
cat iſte? Et cōtinuo currēs vnus ex
eis acceptā ſpongiam impleuit ace
to, & impoſuit arundini, & dabat
ei bibere. Cæteri vero dicebāt. Si-
ne videamus an veniat Elias libe-
rans eū, Ieſus autē iterum clamans
voce magna emiſit ſpiritum. ℣ Et
ecce velū tēpli ſciſſum eſt in duas
partes: a ſummo vſq, deorſum. Et
terra mota eſt: & petræ ſciſſę ſunt:
& monumenta aperta ſunt: &
multa corpora ſanctorum qui dor
mierant ſurrexerunt & exeuntes
de monumentis poſt reſurrectionē
eius, venerūt in ſanctam ciuitatē:
& apparuerunt multis. Cēturio au
tem & qui cū eo erant cuſtodiētes
Ieſum: viſo terręmotu, & his quæ
fiebāt, timuerūt valde dicētes. Ve-
re filius Dei erat iſte. Erāt autē ibi

mulieres multę a longe quę ſecutę erant Ieſum à galilæa: miniſtrátes ei: inter quas erat Maria Magdalene: & Maria Iacobi: & Ioſeph mater: & mater filiorũ Zebedei. Quũ ſero autẽ factũ eſſet: venit quidã homo diues ab Arimathęa nomine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſsit ad Pilatũ: & petijt corpus Ieſu. Tũc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore Ioſeph: inuoluit illud in ſindone mũda & poſuit illud in monumento ſuo nouo: quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnũ ad oſtiũ monumenti: & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalena & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum.

Euangelium.

ALtera autem die quę eſt poſt paraſceuen, cõuenerũt principes ſacerdotũ & pharisei ad Pilatũ dicentes. Dñe recordati ſumus; quia ſeductor ille dixit: adhuc viuens: poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſq; in diẽ tertiũ: ne forte veniant diſcipuli eiꝰ & furentur eum: & dicant plebi: ſurre-

xit à mortuis. Et erit nouiſſim⁹ error peior priore. Ait illis Pilat⁹. Habetis cuſtodiá: ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi auté abeuntes munierũt ſepulchrum, ſignantes lapidé cum cuſtodibus. (Offert.) Improperiũ expectauit cor meum & miſeriam & ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaretur & non fuit: conſolanté me quæſiui & non inueni: & dederunt in eſcá meam fel: & in ſiti mea potauerũt me aceto. Secreta.

CONcede quæſum⁹ dñe, vt oculis tuæ maieſtatis munus oblatũ: & gratiam nobis deuotionis obtineat: & effectum beatæ perẽnitatis acquirat. Per. (Præfatio.) Æterne Deus, Qui ſaluté humani generis in ligno crucis conſt tuiſti.

(Et dicitur quotidie vſque ad feriá ſextá, niſi in miſſa de feſto: ſi occurrerit. Cõio.) Pater, ſi nõ poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum: fiat voluntas tua. Poſtcõio.

PEr huius dñe operationem myſterij: & vitia noſtra purgentur: & iuſta deſideria compleantur. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum.

# Die martis.

Paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Marcū. Cap. xiiij.



IN illo tempore. Erat paſcha, & azyma poſt biduum: & quærebant ſūmi ſacerdotes & ſcribę quomodo eū dolo tenerent & occiderent. Dicebant autē. Non in die feſto, ne forte tumultus fieret inpopulo. Et cū eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet, venit mulier habēs alabaſtrum vnguenti nardi piſticæ pretioſi: & fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. Erant autem quidam indigne ferētes intra ſemetipſos, & dicētes. Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud vænundari pluſquam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebāt in eam. Ieſus autē dixit. Sinite eam: quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me: ſemper enī pauperes habebitis vobiſcum, & cum volueritis poteſtis illis benefacere:

me aũt non ſemper habebitis. Qđ
habuit hæc fecit, pręuenit vngere
corpus meum in ſepulturã. Amen
dico vobis, vbicunque prędicatum
fuerit euangelium iſtud in vniuer
ſo mundo, & quod fecit hęc narra
bitur in memoriam eius. Et Iudas
Iſcariotes vnus de duodecim, abijt
ad ſũmos ſacerdotes, vt proderet
eum illis. Qui audiẽtes gauiſi ſunt
& promiſerunt ei pecuniã ſedatu-
ros. Et quęrebat quomodo illum
opportune traderet. Et primo die
azimorũ quando paſcha imolabãt
dicunt ei diſcipuli. Quo vis eamus
& paremus tibi vt manduces paſ-
cha? Et mittit duos ex diſcipulis
ſuis & dicit eis. Ite in ciuitatẽ: &
occurret vobis homo lagenã aquæ
baiulans. Sequimini eum: & quocũ
que introierit dicite dño domus,
Quia magiſter dicit. Vbi eſt refe-
ctio mea, vbi paſcha cũ diſcipulis
meis mãducẽ? Et ipſe vobis demõ
ſtrabit cœnaculum grande ſtratũ:
& illic parate nobis. Et abierunt
diſcipuli eius, & venerunt in ciuita
tẽ, & inuenerunt ſicut dixerat illis

& parauerunt paſcha. Veſpere aũt facto, venit cum duodecim: & diſcũbentibus eis & manducantibus, ait Ieſus. Amẽ dico vobis quia vnꝰ ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cęperunt cõtriſtari, & dicere ei ſigillatim. Nũquid ego? Qui ait illis. Vnꝰ ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo. Vę autẽ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei, ſi nõ eſſet natus homo ille. Et mãducantibus illis, accepit Ieſus panem & benedicens fregit & dedit eis, & ait illis. Sumite, hoc eſt corpus meũ. Et accepto calice, gratias agẽs dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis vſq; in diem illũ, cum illud bibã nouũ in regno Dei. Et hymno dicto, exierunt in montẽ Oliuarũ. Et ait eis Ieſus. Oẽs ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt. Percutiam

paſtorem, & diſpergẽtur oues. Sed
poſtquam reſurrexero, pręcedã vos
in Galilęã. Petrus autẽ ait illi. Et ſi
omnes ſcãdalizati fuerint: ſed non
ego. Et ait illi Ieſus. Amẽ dico tibi
quia tu hodie ĩ nocte hac priusquã
gallus vocẽ bis dederit, ter me es ne
gaturus. At ille amplius loqueba-
tur, Et ſi oportuerit me ſimul com-
mori tibi, non te negabo. Similiter
autẽ & omnes dicebant. Et veniũt
in prędiũ cui nomẽ Gethſemani. Et
ait diſcipulis ſuis, Sedete hic donec
orem. Et aſſumit Petrũ & Iacobũ &
Ioannẽ ſecũ: & cępit pauere & tæ-
dere. Et ait illis. Triſtis eſt anima
mea vſq; ad mortẽ: ſuſtinete hic &
vigilate. Et cũ proceſsiſſet paululũ,
procidit ſuper terram, & orabat, vt
ſi fieri poſset trãſiret ab eo hora, &
dixit. Abba pater, omnia tibi poſsi-
bilia ſunt: trãſfer calicẽ hunc à me,
ſed non quod ego volo, ſed quod
tu. Et venit, & inuenit eos dormiẽ-
tes. Et ait Petro, Simon dormis? nõ
potuiſti vna hora vigilare? vigila-
te & orate vt non intretis in tenta-
tionẽ: ſpiritus quidẽ promptus eſt,

caro vero infirma. Et iterũ abiens
orauit eundẽ ſermonum dicẽs. Et
reuerſus, denuo inueniet eos dor-
mientes (erant enim oculi eorum
grauati) & ignorabant quid reſpõ
derẽt ei. Et venit tertio, & ait illis,
Dormite iam & requieſcite. Suffi-
cit, venit hora, ecce filius hominis
tradetur in manus peccatorũ. Sur
gite eamus: ecce qui me tradet pro
pe eſt. Et adhuc eo loquente venit
Iudas Iſcariotes vnus de duodecĩ,
& cum eo turba multa cum gladijs
& lignis, à ſummis ſacerdotibus &
ſcribis & ſenioribus. Dederat autẽ
traditor eius ſignũ eis dicens. Quẽ
cunque oſculatus fuero, ipſe eſt: te
nete eum, & ducite caute. Et cum
veniſſet, ſtatim accedẽs ad eũ ait.
Rabbi, & oſculatus eſt eum. At illi
manus iniecerũt in Ieſum, & tenue
runt eum. Vnus autem quidem de
circunſtantibus, educens gladium
percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis,
& amputauit illi auriculam. Et reſ
pondẽs Ieſus ait illi. Tanquã ad la
tronẽ exiſtis cum gladijs & lignis
comprehendere me? Quotidie erã

apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis. Sed vt impleátur ſcripturæ. Tũc diſcipuli eius relinquẽtes eum omnes fugerũt. Adoleſcẽs autẽ quidam ſequebatur eum amictus ſyndone ſuper nudo, & tenuerũt eũ. At ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummũ ſacerdotẽ, & cõuenerũt omnes ſacerdotes & ſcribæ & ſeniores. Petrus autem a lõge ſecutus eſt eum vſq; intrò in atrium ſummi ſacerdotis & ſedebat cum miniſtris ad ignẽ, & calefaciebat ſe. Summi vero ſacerdotes & omne conciliũ quærebant aduerſus Ieſum teſtimoniũ, vt eum morti traderent, nec inueniebãt. Multi autẽ & teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum: & cõuenientia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes: falſum teſtimonium ferebant aduerſus eũ, dicentes. Quoniam nos audiuimus eum, dicentẽ. Ego diſſoluam templum hoc manufactum: & poſt triduũ aliud non manufactum ædificabo. Et nõ erat conueniẽs teſtimonium illorum.

Et exurgens ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Ieſum dicẽs. Non reſpondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? ille autem tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eũ, & dixit ei. Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? Ieſus autem dixit illi. Ego ſum. Et videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis: & venientem cum nubibus cœli. Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimẽta ſua ait. Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cœperunt quidam cõſpuere eũ, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei, prophetiza. Et miniſtri alapis eum cædebant. Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſũmi ſacerdotis, Et cum vidiſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum ait. Et tu cum Ieſu Nazareno eras. At ille negauit dicens. Neque ſcio, neque noui quid di-

cas. Et exiit foras ante atrium: & gallus cãtauit. Rurſus autem cum vidiſſet illũ alia ancilla, cœpit dicere circumſtantibus. Quia hic ex illis eſt. At ille iterum negauit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro. Verè ex illis es, nam & Galilæus es. Ille autem cæpit anathematizare & iurare, Quia neſcio hominem iſtum quem dicitis. Et ſtatim gallus iterum cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus, Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cæpit flere. Et confeſt in mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & ſcribis & vniuerſo cõcilio, vincientes Ieſum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es Rex Iudæorum? At illi. Tu dicis. Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autem ruſum interrogauit eũ dicens. Nõ reſpõdes quicquam? vide in quãtis te accuſant? Ieſus autem amplius nihil reſpondit, ita vt miraretur Pilatus.

Per diem autem feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis quẽcunq́ue petijſſent. Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qu. in ſeditione fecerat homicidium. Et cũ aſcendiſſet turba, cępit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autẽ reſpondit eis, & dixit. Vultis dimittã vobis regẽ Iudæorũ? Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eũ ſummi ſacerdotes. Pontifices autẽ cõcitauerũt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autẽ reſpondens, ait illis. Quid ergo v..ltis faciam regi Iudæorũ? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis. Quid enĩ mali fecit? At illi magis clamabãt. Crucifige eum. Pilatus autem volens populo ſatiſfacere dimiſit illis Barrabã & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atriũ pręorij: & cõuocant totam cohortẽ, & induunt eum purpura, & imponũt ei plectentes ſpineam coronã. Et cæperũt ſalutare eum. Aue rex

Iudæorum. Et percutiebant caput
eius arundine, & cõſpuebant eum:
& ponentes genua, adorabant eũ.
Et poſtquam illuſerunt ei, exuerũt
illum purpura, & induerunt eũ ve-
ſtimentis ſuis: & educunt illum vt
crucifigerent eum. Et angariaue-
runt prętereuntẽ quempiã Simonẽ
Cyreneum venientẽ de villa, patrẽ
Alexandri & Rufi, vt tolleret cru-
cẽ eius. Et perducunt illum in Gol
gotha locum, quod eſt interpreta-
tum, Caluarię locus. Et dabãt ei bi
bere myrrhatũ vinum: & nõ acce-
pit. Et crucifigentes eũ, diuiſerunt
veſtimenta eius, mittentes ſortem
ſuper eis, quis quid tolleret. Erat
autem hora tertia, & crucifixerũt
eum. Et erat titulus cauſæ eius in-
ſcriptus. Rex Iudęorum. Et cum eo
crucifigunt duos latrones, vnum a
dextris, & aliũ a ſiniſtris. Et imple
ta eſt ſcriptura quæ dicit. Et cum
iniquis reputatus eſt. Et prætere-
untes blaſphemabant eum, mouẽ-
tes capita ſua, & dicẽtes. Vah qui
deſtruis templum dei, & in tribus
diebus reædificas. Saluũ fac temet

ipſum deſcẽdẽs de cruce. Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum cum ſcribis dicebant. Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ põt ſaluum facere. Chriſtus rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cũ eo crucifixi erant, cõuitiabantur ei. Et facta hora ſexta tenebræ factæ ſunt per totã terrã vſque in horã nonã. Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna dicens. Eloi, Eloi, lámazabathani. Quod eſt interpretatũ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et quidam de circũſtantibus audiẽtes, dicebant. Ecce Eliam vocat. Currẽs autem vnus & implens ſpongiam aceto, circũponenſque calamo, potũ dabat ei, dicens. Sinite videamus ſi veniat Elias ad deponendũ eum. Ieſus autẽ emiſſa voce magna expirauit. Et velũ templi ſciſum eſt in duo, à ſummo vſque deorſum. Videns autẽ Centurio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamãs expiraſſet ait. Verè hic homo filius dei erat. Erãt autem & mulieres de lõge aſpiciẽtes,

inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Salome: & cum eſſet in Galilęa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei, & alię multę quæ ſimul cũ eo aſcẽderãt Hieroſolymã.

Euangelium.

ET cum iam ſero eſſet factũ (quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatum) venit Ioſeph ab Arimathęa nobilis decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei. Et audactar introiuit ad Pilatum & petiit corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet à Centurione: donauit corpus Ioſeph. Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumẽto quod erat exciſum de petra, & aduoluit lapidem ad oſtiũ monumenti.

Die Mercurij.

Paſsio dñi noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.

Cap. xxij.



IN illo tẽpore. Appropiquabat dies feſtus azimorũ, qui dicitur paſcha: & quærebãt pricipes ſacerdotum & ſcribæ quomodo eum interficerent: timebãt vero plebẽ, Intrauit autẽ ſatanas in Iudã qui cognominabatur Iſcariotes, vnũ de duodeci: & abijt & locutus eſt cũ principibꝰ ſacerdotũ & magiſtratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et quærebat opportunitatem vt traderet illũ ſine turbis. Venit autẽ dies azimorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit Petrum & Ioannem dicens. Eũtes parate nobis paſcha, vt mãducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeũtibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphorã aquæ portãs: ſequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patri familias domus. Dicit tibi magiſter.

Vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cũ
diſcipulis meis manducem? Et ipſe
oſtendet vobis cœnaculum magnũ
ſtratum, & ibi parate. Euntes au-
tem inuenerunt ſicut dixit illis: &
parauerunt paſcha. Et cum facta
eſſet hora, diſcubuit, & duodecim
apoſtoli cum eo, & ait illis. Deſide-
rio deſiraui hoc paſcha mãducare
vobiſcum antequam patiar. Dico
enim vobis quia ex hoc non man-
ducabo illud donec impleatur in
regno Dei. Et accepto calice gra-
tias egit, & dixit. Accipite & diui-
dite inter vos; dico eni vobis quod
non bibam de generatione vitis,
donec regnum Dei veniat. Et ac-
cepto pane gratias egit, & fregit,
& dedit eis, dicens. Hoc eſt corpus
meum quod pro vobis detur, hoc
facite in meam cõmemorationẽ.
Similiter & calicem, poſtquam cę-
nauit, dicens. Hic eſt calix nouum
teſtamẽtum in ſanguine meo, qui
pro vobis fundetur. Verũtamẽ ec-
ce manus tradẽtis me, mecum eſt
in mẽſa. Et quidem filius hominis
ſecundum quod definitum eſt, va-

dit: verũtamen vę homini illi per
quem tradetur. Et ipſi cæperunt
quærere inter ſe quis eſſet ex eis
qui hoc facturus eſſet. Facta eſt au
tem contentio inter eos, quis eorũ
videretur eſſe maior. Dixit aũt eis
Reges gentium dominantur eorũ:
& qui poteſtatẽ habent ſuper eos
benefici vocantur: vos autẽ nõ ſic
ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut
iunior, & qui pceſſor eſt, ſicut mi
niſtrator. Nam quis maior eſt, qui
recumbit, an qui miniſtrat? nonne
qui recumbit? Ego autẽ in medio
veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat:
vos aũt eſtis qui permanſiſtis me-
cum in tẽtationibus meis. Et ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi
pater meus regnũ, vt edatis & bi-
batis ſuper menſam meá in regno
meo, & ſedeatis ſuper thronos iu-
dicantes duodecim tribus Iſrael.
Ait autẽ dñs Simoni, Simõ, ecce ſa
tanas expetiuit vos vt cribaret ſi-
cut triticũ, ego autẽ rogaui pro te
vt nõ deficiat fides tua, & tu aliqñ
conuerſus, confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Dñe tecũ paratus ſum

& in carcerẽ & in mortẽ ire. Et ille
dixit. Dico tibi Petre non canta-
bit hodie gallus, donec ter abne-
ges noſſe me. Et dixit eis, Quando
miſi vos ſine ſacculo & pera, & cal
ciamentis: nũquid aliquid defuit
vobis? At illi dixerunt. Nihil. Di-
xit ergo eis. Sed nũc qui habet ſac
culum, tollat: ſimiliter & peram: &
qui non habet, vendat tunicam ſu
am, & emat gladiũ. Dico enim vo-
bis quoniam adhuc quod ſcriptũ
eſt oportet impleri in me: Et cum
iniquis reputatus eſt. Etenim ea
quæ ſunt de me finem habent. At
illi dixerunt. Dñe ecce duo gladij
hic. At ille dixit eis, Satis eſt. Et e-
greſſus ibat ſecundum conſuetudi
nem in montem oliuarum. Secuti
ſunt autem illum & diſcipuli. Et cũ
perueniſſet ad locũ, dixit illis. Ora
te, ne intretis in tentationem. Et
ipſe auulſus eſt ab eis quantum ia-
ctus eſt lapidis: & poſitis genibus
orabat dicens. Pater ſi vis transfer
calicem iſtum à me. Veruntamen
non mea voluntas, ſed tua fiat. Ap
paruit autem illi angelus de cœlo

confortans eum. Et factus in ago-
nia, prolixius orabat. Et factus eſt
ſudor eius ſicut guttę ſanguinis de
currẽtis in terram. Et cum ſurre-
xiſſet ab oratione, & veniſſet ad
diſcipulos ſuos, inuenit eos dormi-
entes prę triſtitia. Et ait illis. Quid
dormitis? ſurgite, orate ne intretis
in tentationem. Adhuc eo loquẽ-
te, ecce turba, & qui vocabatur Iu-
das, vnus deduodecim, antecede-
bat eos: & appropinquauit Ieſu, vt
oſcularetur eum. Ieſus autem di-
xit illi, Iuda, oſculo filium hominis
tradis? Videntes, autem hi qui cir-
ca ipſum erãt quod futurum erat
dixerũt ei. Domine, ſi percutimus
in gladio? Et percuſsit vnus ex illis
ſeruum principis ſacerdotum, &
amputauit auriculam eius dexte-
ram. Reſpondens autem Ieſus, ait.
Sinite vſque huc. Et cũ tetigiſſet
auriculam eius, ſanauit eum. Di-
xit autem Ieſus ad eos qui venerãt
ad ſe, principes ſacerdotum & ma-
giſtratus templi & ſeniores. Quaſi
ad latronem exiſtis cum gladijs
& fuſtibus? Cum quotidie vobiſcũ

fuerim in templo, non extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Cõprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis ſacerdotum, Petrus vero ſequebatur eum a longe. Accenſo autem igne in medio atrij, & circũſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quẽ cum vidiſſet ancilla quędam ſedẽtem ad lumẽ, & cũ fuiſſet intuita, dixit, Et hic cũ illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier non noui illum. Et poſt puſillum alius vidẽs eum dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo, non ſum. Et interuallo facto quaſi horæ vnius, alius quidam affirmabat dicẽs. Verè & hic cum illo erat, nam & Galileus eſt. Et ait Petrus. Homo, neſcio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et cõuerſus dominus, reſpexit Petrũ. Et recordatus eſt Petrus verbi domini ſicut dixerat. Quia priuſquã gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amarè. Et viri qui tenebant Ieſum, illude-

bát ei, cædétes eũ. Et velauerũt eũ, & percutiebát faciẽ ei⁹, & interrogabát eũ dicétes. Prophetiza: quis eſt qui te percuſſit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eũ. Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotũ & ſcribæ, & duxerunt illũ in cõcilium ſuũ, dicétes. Si tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, nõ credetis mihi: ſi aũt & interrogauero, nõ reſpõdebitis mihi, neq; dimittetis: ex hoc aũt erit fili⁹ hoís ſedens à dextris virtutis dei. Dixerunt autẽ oẽs. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerunt. Quid adhuc deſideramus teſtimoniũ? ipſi enim audiuimus de ore eius. Et ſurgẽs omnis multitudo eorũ, duxerũt illum ad Pilatũ. Cœperũt autẽ illum accuſare, dicentes. Hunc inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtrã, & prohibentẽ tributa dare Cæſari, & dicentẽ ſe Chriſtum regẽ eſſe. Pilat⁹ autem interrogauit eum, dicens. Tu es rex Iudæorum? At ille reſpõdens ait: Tu dicis. Ait autẽ Pilatus

ad principes ſacerdotũ & turbas. Nihil inuenio cauſæ in hoc hoïe. At illi inualeſcebant dicentes. Cõmouit populũ docẽs per vniuerſã Iudæã, incipiẽs à Galilæa vſq; huc Pilatus autem audiens Galilæã, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſu Ieſu, gauiſus eſt valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eũ, eo quòd audierat multa de eo: & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus, At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabãt autem principes ſacerdotum & ſcribæ conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum: E facti ſunt amici Pilatus & Herodes i ipſa die. Nã antea ini mici erãt ad inuicẽ. Pilatus aũt cõuocatis pricipib⁹ ſacerdotũ & magiſtratibus & plebe, dixit ad illos.

Obtuliſtis mihi hũc hominẽ quaſi auertentẽ populũ: & ecce, ego corã vobis interrogans, nullã cauſam inuenio in hoie iſto, ex his in quib⁹ eum accuſatis. Sed neq; Herodes, nã remiſi vos ad illũ: & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittam. Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtũ, vnũ. Exclamauit autẽ ſimul vniuerſa turba dicens, Tolle hunc & dimitte nobis Barrabã, qui erat propter ſeditionẽ quandã factã in ciuitate & homicidiũ, miſſus in carcerẽ. Iterum autẽ Pilatus locutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabãt, dicẽtes Crucifige, crucifige eum. Ille autẽ tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iſte? nullã cauſam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illũ & dimittã. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur, & inualeſcebãt voces eorũ. Et pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorum. Dimiſit autẽ illis eũ qui propter homicidiũ & ſeditionẽ miſſus erat in carcerẽ, quẽ petebãt: Ieſum

vero tradidit volūtati eorū. Et cū
ducerent eū, apprehenderūt Simo
nē Cyrenēſem venientē de villa, &
impoſuerūt illi crucē portare poſt
Ieſum. Sequebatur autē illum mul
ta turba populi & mulierū, quæ plā
gebant & lamentabantur eū. Con
uerſus aūt ad illas Ieſus dixit. Filiæ
Hieruſalē nolite flere ſuper me, ſed
ſuper vos ipſas flete & ſuper filios
veſtros, quoniā ecce venient dies in
quibus dicent, Beatæ ſteriles, & vē
tres qui nō genuerūt, & vbera quę
non lactauerunt. Tunc incipiēt di
cere mōtibus Cadite ſuper nos: &
collibus Operite nos. Quia ſi in vi
ridi ligno hæc faciūt in arido quid
fiet? Ducebantur autem & alij duo
nequā cum eo, vt interficerētur. Et
poſtquā venerūt in locū qui voca-
tur Caluariæ, ibi crucifixerunt eū:
& latrones, vnum à dextris, & alte
rū à ſiniſtris. Ieſus autē dicebat, Pa
ter, dimitte illis, non enim ſciunt
quid faciunt. Diuidētes vero veſti
menta eius, miſerunt ſortes. Et ſta
bat populus expectās, & deridebāt
eum principes cū eis dicētes. Alios

ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat, ſi hic eſt Chriſtus dei electus. Illudebãt autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes. Si tu es rex Iudæorum, ſaluum te fac: erat autẽ & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum litteris Grecis & Latinis & Hebraicis, Hic eſt rex Iudeorum. Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum dicens. Si tu es Chriſtus, ſaluum fac te ipſum, & nos. Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicens. Neq; tu times deum quod in eadem dãnatione es? Et nos quidẽ iuſte: nã digna factis recipimus, hic vero nihil mali geſsit. Et dicebat ad Ieſum, Dñe memẽto mei cũ veneris in regnum tuũ. Et dixit illi Ieſus. Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Erat autẽ ferê hora ſexta: & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram vſq. in horã nonam. Et obſcuratus eſt ſol, & velũ templi ſciſſum eſt medium. Et clamans voce magna Ieſus ait. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meũ. Et hæc dicens expirauit. ✠

Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit deū dicēs. Vere hic homo iuſtus erat. Et omnis turba eorū qui ſimul aderāt ad ſpectaculū iſtud, & videbāt quę fiebāt, percutiētes pectora ſua, reuertebatur. Stabāt autē oēs noti eius a lōge, & mulieres quę ſęcutę eū erāt a Galilæa hæc vidētes. Euangeliū.

ET ecce vir nomine Ioſeph qui erat decurio vir bonus & iuſtus, hic non cōſenſerat conſilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudæa, qui expectabat & ipſe regnum dei, hic acceſsit ad Pilatum: & petijt corpus Ieſu, & depoſitum inuoluit ſindone, & poſuit illum in monumento exciſo, in quo nōdum quiſquam poſitus fuerat.

Die veneris.

Paſsio domini noſtri Ieſu Criſti ſecundū Ioannem.

Cap. xviij

EGreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrētem Cedron, vbi erat ortus, in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius. Sciebat autē & Iudas qui tradebat eū

locum: quia frequenter Ieſus cõue
nerat illuc cũ diſcipulis ſuis. Iudas
ergo cũ accepiſſet cohortẽ, & à põ
tificibus & pharisæis miniſtros: ve
nit illuc cũ lãternis & facibus, & ar
mis. Ieſus itaq; ſciens omnia quę vẽ
tura erant ſuper eũ, proceſſit & di-
xit eis. Quem quęritis? Reſpõderũt
ei: Ieſum Nazarenũ. Dixit eis Ieſus
Ego ſum. Stabat autẽ & Iudas qui
tradebat eũ cum ipſis. Vt ergo di-
xit eis ego ſum, abierũt retrorſum
& ceciderunt in terrã. Iterũ ergo in
terrogauit eos, Quem quæritis? Illi
autem dixerunt: Ieſum nazarenũ.
Reſpondit Ieſus. Dixi vobis quia
ego ſum; ſi ergo me quęritis, ſinite
hos abire. Vt ĩpleretur ſermo quẽ
dixit, Quia quos dediſti mihi, non
perdidi ex eis quenquã. Simõ ergo
Petrus habens gladiũ eduxit eũ, &
percuſſit pontificis ſeruũ, & abſci-
dit auriculã eiꝰ dexteram. Erat aũt
nomẽ ſeruus Malchus. Dixit ergo
Ieſus Petro, Mitte gladiũ tuũ in va
ginã. Calicẽ quẽ dedit mihi pater,
non vis vt bibã illũ? Cohors autẽ &
tribunus & miniſtri Iudæorũ com

prehēderunt Ieſum, & ligauerūt eú & adduxerunt eú ad Anná primú. Erat eni ſocer Caiphę, qui erat pōtifex anni illius. Erat auté Caiphas qui cōſilium dederat Iudæis. Quia expedit vnú hominé mori pro Populo. Sequebatur aūt Ieſum Simō Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus auté ille erat notus pōtifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis. Petrus aūt ſtabat ad oſtiú foris. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pōtifici, & dixit oſtiarię & introduxit Petrú. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria. Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſti⁹? Dicit ille: Non ſum. Stabant auté ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat & calefaciebant ſe: erat auté cum eis Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ei⁹. Reſpōdit ei Ieſus. Ego palá locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagoga & in tēplo quo omnes Iudei conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid

locutus ſim ipſis: ecce hi ſciũt quę dixerim ego. Hæc autẽ cũ dixiſſet, vnus aſsiſtẽs miniſtrorũ dedit alapam Ieſu, dicens. Sic reſpondes põtifici? Reſpondit ei Ieſus. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? Et miſit eum Annas ligatũ ad Caiphã pontificẽ. Erat autẽ Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe. Dixerũt ergo ei. Nũquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit. Nõ ſum. Dixit ei vnus ex ſeruis põtificis, cognatus eius cuiꝰ abſcidit Petrus auriculam. Nõne ego te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cãtauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prętorium. Erat autẽ mane: & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. Quam accuſationem fertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt & dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus Acci-

pite eũ vos, & ſecundũ legē veſtrā iudicate eũ. Dixerũt ergo ei Iudęi. Nobis non licet interficere quenq̃. Vt ſermo Ieſu impleretur quē dixit ſignificās qua morte eſſet moritur⁹ Introiuit ergo iterũ in prętoriũ Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei. Tu es rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus. A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Reſpondit Pilatus. Nunquid ego Iudęus ſum? Gēs tua & pontifices tui, tradiderũt te mihi. Quid feciſti? Reſpōdit Ieſus. Regnum meũ non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meũ miniſtri mei vtiq; decertarēt, vt non traderer Iudæis: nũc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus. Ergo rex es tu? Reſpōdit Ieſus. Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundũ, vt teſtimoniũ perhibeā veritati: omnis enim qui eſt ex veritate, audit vocem meā, Dicit ei Pilatus. Quid eſt veritas? Et cũ hoc dixiſſet, iterũ exiuit ad Iudęos, & dixit eis. Ego nullā inuenio in eo cauſam. Eſt autē conſuetudo

vobis, vt vnũ dimittã vobis in paſcha. vultis ergo dimittã vobis regẽ Iudęorũ? Clamauerunt rurſum oẽs dicentes. Non hunc: ſed Barrabã. Erat autẽ Barrabas, latro. Tunc ergo apprehẽdit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectentes coronã de ſpinis impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circũdederunt eũ. Et veniebãt ad eũ, & dicebant. Aue rex Iudæorum: & dabãt ei alapas. Exiuit iterum Pilatus, & dixit eis. Ecce adduco vobis eũ foras, vt cognoſcatis quia in eo nullã inuenio cauſam. Exiuit ergo Ieſus foras, portans coronã ſpineam, & purpureũ veſtimẽtum. Et dixit eis. Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eũ pontifices & miniſtri, clamabãt dicẽtes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos & crucifigite, ego enim nõ inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudęi. Nos legem habemus: & ſecundum legẽ debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cũ ergo audiſſet Pilatus hũc ſermonẽ, magis timuit. Et ingreſſ⁹ eſt prętorium iterũ: & dixit ad Ieſum.

Vnde es tu? Ieſus autem reſpõſum
non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus.
Mihi nõ loqueris? neſcis quia pote
ſtatem habeo crucifigere te, & po-
teſtatẽ habeo dimittere te? Reſpõ-
dit Ieſus. Non haberes poteſtatem
aduerſum me vllam, niſi tibi datũ
eſſet de ſup. Propterea qui me tra-
didit tibi, maius peccatum habet.
Et exinde quærebat Pilatus dimit
tere eum. Iudæi autẽ clamabant di
cẽtes. Si hunc dimittis, non es ami
cus Cæſaris: omnis enim qui ſe re-
gem facit, contradicit Cęſari. Pila-
tus autem cum audiſſet hos ſermo
nes, adduxit foras Ieſũ: & ſedit pro
tribunali, in loco qui dicitur Litho
ſtratos. Hebraicè autem Gabatha.
Erat autem paraſceue paſchę hora
quaſi ſexta: & dicit Iudęis. Ecce rex
veſter. Illi autem clamabant: Tolle
tolle crucifige eum. Dicit eis Pilat⁹
Regem veſtrũ crucifigã? Reſponde
runt pontifices. Nõ habemus regẽ
niſi Cęſarẽ. Tunc ergo tradidit eis
illũ, vt crucifigeretur. Suſceperunt
autem Ieſum, & duxerunt eum. Et
baiulans ſibi crucẽ, exiuit in eum

quì dicitur Caluariæ locũ. Hębraice autem Golgotha: vbi crucifixerunt eũ, & cum eo alios duos hinc & hinc, mediũ autẽ Ieſum. Scripſit autẽ titulũ Pilatus: & poſuit ſuper crucẽ. Erat autem ſcriptũ, Ieſus Nazarenus rex Iudęorũ. Hunc ergo titulum multi Iudęorũ legerũt, quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ Hębraice, Grece, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum. Noli ſcribere rex Iudęorũ: ſed quia ipſe dixit. Rex ſum Iudęorũ. Reſpõdit Pilatus. Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergo cum crucifixiſſent eũ, acceperunt veſtimẽta eius (& fecerũt quatuor partes vnicuiq; militi partem) & tunicã. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totũ. Dixerunt ergo adinuicẽ. Non ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, dicẽs. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtẽ meã miſerũt ſortem. Et milites quidẽ hæc fecerũt. Stabãt aũt iuxta crucẽ Ieſu mater eiꝰ, & ſoror matris eiꝰ, Maria Cleophę.

& Maria Magdalene. Cum vidiſſet
ergo Ieſus matrẽ, & diſcipulũ ſtan-
tem quẽ diligebat, dicit matri ſuæ.
Mulier, ecce filius tuus, Deinde di-
cit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex
illa hora accepit eam diſcipulus in
ſuá. Poſtea ſciens Ieſus quia omnia
conſummata ſunt, vt cõſũmaretur
ſcriptura, dicit. Sitio. Vas autẽ erat
poſitum aceto plenum. Illi autem
ſpongiá plenam aceto, hyſſopo cir
cumponentes, obtulerũt ori eius.
Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum
dixit. Conſummatũ eſt. Et inclina
to capite, tradidit ſpiritum.
Iudæi ergo (quoniam paraſceue
erat) vt non remanerent in Cruce
corpora ſabbato (erat enĩ magnus
dies ille ſabbati) rogauerunt Pila
tum, vt frangerentur eorum crura
& tollerentur. Venerunt ergo mi-
lites: & primi quidem fregerũt cru
ra, & alterius qui crucifixus eſt cũ
eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent,
vt viderunt eum iam mortuũ: non
fregerunt eius crura: ſed vnus mi
litum lancea latus eius aperuit, &
continuo exiuit ſanguis & aqua.

Et qui vidit teſtimoniũ perhibuit, & verum eſt teſtimoniũ eius. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta ſunt enim hęc, vt ſcriptura impleretur. Os non cõminuetis ex eo. Et iterũ alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem tranſfixerunt.

Euangelium.

POſt hęc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathęa (eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metũ Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilat⁹. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autẽ & Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte primũ ferens mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras centũ. Acceperunt autem corpus Ieſu, & ligauerũt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat aũt in loco vbi crucifixus eſt, ortus: & in orto monumentũ nouum, in quo nõdũ quiſquã poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudęorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum. Deo gratias. ℣. Qui paſſus es pro nobis. ℞. Domine miſerere

nobis. ver. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui manus tuas & pedes tuos, & totum corpus tuũ pro nobis peccatorib⁹ in ligno crucis poſuiſti: & coronam ſpineam à iudęis in deſpectum tui ſacratiſſimi nominis ſuper caput tuum impoſitã ſuſtinuiſti: & quinque vulnera pro nobis peccatoribus in ligno crucis paſſus fuiſti· da nobis hodie & quotidie vſum pœnitentiæ, abſtinẽtię, patientiæ, humilitatis, caſtitatis, lumen, ſenſum, & intellectum, & puram conſcientiam vſque ad finem, Per te Ieſu Chriſte ſaluator mũdi. Qui cum patre, & ſpiritu ſancto.

¶ Die Mercurij ſancti. Ad matuti. In primis dicitur flexis genibus Pater noſter, totũ, & Credo ſimiliter. Deinde aña tota. Poſtea pſalmus ſine Gloria patri. Et poſt pſalmũ repetatur Antiphona.

In primo nocturno, Aña.

Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobantium tibi ceciderunt ſuper me. Pſalmus.

SAluum me fac Deus
q̃m intrauerunt aquę
vſq; ad animá meam.
Infixus ſum in limo
profundis/ & nõ eſt ſu
bſtantia.
Veni in altitudinem maris/ & tem
peſtas demerſit me.
Laboraui clamás/ raucę facta ſunt
fauces meę/ defecerunt oculi mei/
dum ſpero in Deum meum.
Multiplicati ſunt ſuper capillos ca
pitis mei/ qui oderunt me gratis.
Cõfortati ſunt qui perſecuti ſunt
inimici mei iniuſte/ quæ non rapui
tunc exoluebam.
Deus tu ſcis inſipientiá meá/ & de
licta mea à te non ſunt abſcõdita.
Non erubeſcant in me, qui expe-
ctant te dñe/ domine virtutum.
Non confundantur ſuper me/ qui
quærunt te Deus Iſrael.
Quoniá propter te ſuſtinui oppro-
briũ/ operuit confuſio facié meá.
Extraneus factus ſum fratribꝰ me
is/ & peregrinus filijs matris meæ.
Quoniam zelus domus tuę come
dit me/ & opprobria exprobrãtiũ

tibi ceciderunt ſuper me.

Et operui in ieiunio animá meam: & factum eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimētū meum ciliciū: & factus ſum illis in parabolam.

Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta/& in me pſallebát qui bibebant vinum.

Ego vero orationé meā ad te dñe/ tempus beneplaciti Deus.

In multitudine miſericordię tuę exaudi me/in veritate ſalutis tuę.

Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his, qui oderunt me/& de profundis aquarum.

Non me demergat tēpeſtas aquæ: neque abſorbeat me profundum: neq; vrgeat ſup me puteus os ſuū.

Exaudi me domine quoniam benigna eſt miſericordia tua/& ſecūdū multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.

Et ne auertas faciem tuam a puero tuo/quoniam tribulor velociter exaudi me.

Intēde animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu ſcis improperiū meū & confu-

ſioné meam; & reuerentiá meam.
In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me/improperium expectauit cor meum & miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaretur & non fuit; & qui conſolaretur, & non inueni.
Et dederút in eſcam meá fel; & in ſiti mea potauerunt me aceto.
Fiat menſa eorum corá ipſis in laqueũ;& in retributiones, & in ſcãdalum. Obſcurentur oculi eorum ne videant/& dorſum eorum ſemper incurua.
Effunde ſuper eos iram tuam/& furor irę tuę comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deſerta/& in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt; & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitaté ſup iniquitaté corũ/& nõ intrẽt in iuſtitiá tuam.
Deleantur de libro viuentium; & cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum pauper & dolens ; ſalus tua Deus ſuſcepit me.

Laudabo nomen Dei cũ cantico/ & magnificabo eum in laude.

Et placebit deo ſup vitulũ nouellũ/cornua producentẽ & vngulas.

Videãt pauperes & lętẽtur/quęrite Deum, & viuet anima veſtra.

Quoniã exaudiuit pauperes Dñs/ & vinctos ſuos non deſpexit.

Laudẽt illum cœli & terra/ mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus ſaluã faciet Siõ/ & ædificabuntur ciuitates Iudę.

Et inhabitabunt ibi/ & hęreditate acquirent eam.

Et ſemen ſeruorũ eius poſſidebit eam/& qui diligũt nomen eius habitabunt in ea. Aña. Zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderũt ſuper me.

Aña. Auertãtur retrorſum & erubeſcant: qui cogitãt mihi mala. Ps.

Deus in adiutoriũ meum intẽde: dñe ad adiuuãdum me feſtina.

Confundantur & reuereãtur/ qui quęrunt animam meam.

Auertantur retrorſum & erubeſcant/qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes:

qui dicunt mihi euge, euge.
E xultét & lætentur in te omnes, qui quærunt te, & dicant ſemper magnificetur dominus qui diligũt ſalutare tuum.
E go vero egenus & pauper ſum, Deus adiuua me.
A diutor meus, & liberator meꝰ es tu, dñe ne moreris. Añ. Auertátur retrorſum & erubeſcant: qui cogitát mihi mala. Añ. Deus meus eripe me: de manu peccatoris. Pſal.
I N te dñe ſperaui non confundar in æternum, in iuſtitia tua libera me, & eripe me.
I nclina ad me auré tuam, & ſalua me. E ſto mihi in Deũ protectorem, & in locum munitum, vt ſaluum me facias.
Q uoniam firmamentum meũ, & refugium meum es tu.
D eus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniquĩ.
Q uoniam tu es patiẽtia mea dñe, domine ſpes mea à iuuẽtute mea.
I n te cõfirmatus ſum ex vtero, de ventre matris meæ tu es protector

meus. In te cãtatio mea ſemper; táquam prodigiũ factus ſum multis; & tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam.

Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi; & qui cuſtodiebant animá meam conſilium fecerunt in vnum.

Dicẽtes, Deus dereliquit eum; perſequimini, & comprehendite eum; quia non eſt qui eripiat.

Deus ne elongaueris à me; Deus meus in auxilium meum reſpice.

Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ, operiantur cõfuſione & pudore, qui quærunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperabo; & adijciam ſuper omnem laudem tuá.

Os meũ annunciabit iuſtitiam tuam; tota die ſalutare tuum.

Quoniam nõ cognoui literaturá; introibo in potentias dñi; domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

Deus docuiſti me à iuuétute mea/ & vſq; nũc ꝓnũtiabo mirabilia tua

Et vſque in ſenectam & ſeniũ/ De' ne derelinquas me.

Donec annũtiem brachiũ tuũ/ generationi omni quę ventura eſt.

Potentiam tuam, & iuſtitiá tuam Deus vſq; in altiſsima/ quæ feciſti magnalia/ Deus quis ſimilis tibi?

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas/ & conuerſus viuificaſti me/ & de abyſsis terræ iterum reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificétiam tuá/ & conuerſus conſolatus es me.

Nam & ego cõfitebor tibi in vaſis pſalmi veritaté tuam Deus/ pſallá tibi in cythara ſanctus Iſrael.

Exultabũt labia mea cũ cátauero tibi/ & anima mea quá redemiſti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiá tuam/ cũ confuſi & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi. Aña. Deus meus eripe me: de manu peccatoris. ℣. Auertantur retrorſũ: & erubeſcát. ℟. Qui cogitát mihi mala. Deinde Pater noſter. In hoc triduo lectiones le-

guntur ſine Iube. & ſine Tu auté. Sed in tribus primis lectionibus lo co. Tu autem. ſemper dicitur. Hieruſalem, &c.

Incipiunt lamentationes Hieremiæ prophetę. Lectio j.

ET factum eſt poſtq̄ in captiuitaté ductus eſt Iſrael: & Hieruſalé deſerta eſt: ſedit Hieremias flens: & planxit lamentatione hac in Hieruſalé, & dixit. Aleph. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gentium, princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte: & lachrymæ ei⁹ in maxillis eius. Nõ eſt qui conſoletur eam, ex omnibus charis eius. Omnes amici eius ſpreuerũt eam: & facti ſunt ei inimici. Gimel. Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudiné ſeruitutis: habitauit in gẽtes, nec inuenit requiem. Omnes perſecutores eius apprehenderũt eam inter anguſtias. Hieruſalé Hieruſalé cõuertere ad dñm Deũ tuũ. ℟. In mõte Oliueti orauit ad patré: Pater ſi fieri poteſt,

trãſeat à me calix iſte: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Fiat volũtas tua. ℣. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationẽ. ℟. Fiat. Lect. ij Daleth.

Viæ Sion lugent, eo quod non ſint qui veniant ad ſolennitatem. Omnes portę eius deſtructæ, ſacerdotes eius gementes, virgines eius ſqualidæ: & ipſa oppreſſa amaritudine. He Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici illius locupletati ſunt, quia dominus locutus eſt ſuper eam, propter multitudinem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciẽ tribulantis. Vau Et egreſſus eſt a filia Sion omnis decor ei⁹: facti ſunt principes eius velut arietes nõ inuenientes paſcua. Et abierunt abſq; fortitudine ante faciẽ ſubſequentis Hieruſalẽ Hieruſalẽ conuertere ad dominum Deum tuum. Reſp. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecũ. Nunc videbitis turbam, quæ circundabit me. Preſ. Vos fugam capietis, & ego vadam

immolari pro vobis. ℣. Ecce ap-
propinquabit hora, & filius homi-
nis tradetur in manus peccatorũ.
Pref. Vos fugam. Lectio. iij. Zay.

R\ Ecordata eſt Hieruſalem dierũ
afflictionis ſuæ, & preuaricati-
onis omnium deſiderabilium ſuo-
rum, quæ habuerat à diebus anti-
quis, cum caderet populus eius in
manu hoſtili, & non eſſet auxilia-
tor. Viderũt eam hoſtes, & deriſe-
runt ſabbata eius. Heth. Peccatũ
peccauit Hieruſalẽ, propterea in-
ſtabilis facta eſt. Omnes qui glori-
ficabãt eã ſpreuerũt illã, quia vide-
runt ignominiam eius. Ipſa autem
gemens, & cõuerſa eſt retrorſum.
Teth. Sordes eius in pedibus eius,
nec recordata eſt finis ſui. Depoſi-
ta eſt vehemẽter: non habẽs cõſo-
lator em. Vide domine afflictionẽ
meam, quoniam erectus eſt inimi-
cus. Hieruſalẽ Hieruſalẽ cõuertere
ad dominũ Deum tuũ. ℟. Ecce vi
dimus eum non habentem ſpeciẽ
neq; decorẽ: aſpectus eius in eo nõ
eſt, hic peccata noſtra portauit: &
pro nobis dolẽs, ipſe aũt vulnerat⁹

eſt propter iniquitates noſtras. Pſ. Cuius liuore ſanati ſumus. ℣. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Preſ. Cuius. Repetitur. ℟. Ecce. In ſecundo noctur. Aña. Liberauit dominus pauperem à potente, & inopem cui non erat adiutor. Pſal.

D Eus iudicium tuum regi da/ & iuſtitiam tuam filio regis.

I udicare populum tuũ in iuſtitia/ & pauperes tuos in iudicio.

S uſcipiant montes pacem populo/ & colles iuſtitiam.

I udicabit pauperes populi/ & ſaluos faciet filios pauperum/ & humiliabit calumniatorem.

E t permanebit cum ſole & ante lunã/ in generatione & generationẽ.

D eſcẽdet ſicut pluuia in vellus/ & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terrã.

O rietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis/ donec auferatur luna.

E t dominabitur à mari vſq; ad mare/ & a flumine, vſque ad terminos orbis terrarum.

C oram illo procident Ethiopes/ &

inimici eius terram lingent.
Reges Tharſis & inſulę munera of ferent: reges Arabum & Sabba dona adducent.
Et adorabũt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperẽ à potente: & pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.
Et erit firmamẽtũ in terra in ſummis montiũ: ſuperextolletur ſuper libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terrę.
Sit nomẽ ei⁹ benedictũ in ſęcula: ante ſolem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipſo oẽs tribus terrę: oẽs gentes magnificabũt eũ.
Benedictus dominus Deus Iſrael: qui facit mirabilia ſolus.
Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum: & replebitur ma-

ieſtate eius omnis terra/fiat: fiat.
Aña. Liberauit dominus pauperē à potēte: & inopē, cui non erat adiutor. Aña. Cogitauerunt impij, & locuti ſunt nequitiam: iniquitatē in excelſo locuti ſunt. Pſalmus.

QVam bonus Iſrael deus/his qui recto ſunt corde.

Mei autem penè moti ſunt pedes/ penè effuſi ſunt greſſus mei.

Quia zelaui ſuper iniquos / pacem peccatorum videns.

Quia non eſt reſpectus morti eorum/& firmamentū in plaga corū.

In labore hominū non ſunt/ & cū hominibus non flagellabuntur.

Ideò tenuit eos ſuperbia / operti ſunt iniquitate, & impietate ſua.

Prodijt quaſi ex adipe iniquitas corū/ trāſierūt in affectum cordis.

Cogitauerūt & locuti ſunt nequitiā/ iniquitatē in excelſo locuti ſūt.

Poſuerūt in cœlum os ſuum/& lingua eorum tranſiuit in terra.

Ideo conuertentur populus meus hic/& dies pleni inueniētur in eis.

Et dixerūt, quomodo ſcit Deus/& ſi eſt ſcientia in excelſo?

Ecce ipſi peccatores, & abundãtes in ſeculo/obtinuerunt diuitias.

Et,dixi, ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum/ & laui inter innocẽtes manus meas.

Et fui flagellatus tota die/& caſtigatio mea in matutinis.

Si dicebam narrabo ſic/ ecce nationem filiorũ tuorum reprobaui.

Exiſtimabam vt cognoſcerẽ / hoc labor eſt ante me.

Donec intrem in ſanctuariũ Dei: & intelligam in nouiſsimis eorũ.

Verũtamen propter dolos poſuiſti eis/ deieciſti eos, dum alleuarẽtur.

Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt/ perierunt propter iniquitatem ſuam.

Velut ſomnium ſurgẽtium domine in ciuitate tua/imaginem ipſorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum eſt cor meum: & renes mei cõmutati ſunt/& ego ad nihilũ redactus ſum ,& neſciui.

Vt iumentum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum.

Tenuiſti manũ dexteram meã : & in volũtate tua deduxiſti me: & cũ.

gloria ſuſcepiſti me.

Q. uid enim mihi eſt in cœlo / & à te quid volui ſuper terram?

D efecit caro mea, & cor meum / Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Q uia ecce qui elongant ſe a te, per ibunt / perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.

M ihi autem adhærere Deo bonū eſt / ponere in domino deo ſpē meā.

V t annūtiem omnes prædicationes tuas, in portis filię Sion. Aña.

C ogitauerunt impij, & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Aña. Exurge domine: & iudica cauſam meam. Pſal.

V T quid Deus repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę.

M emor eſto congregationis tuæ / quam poſſediſti ab initio.

R edemiſti virgā hereditatis tuæ / mons Sion in quo habitaſti in eo.

L eua manus tuas in ſuperbia eorū in finem / quāta malignatus eſt inimicus in ſancto.

E t gloriati ſunt qui oderunt te; in

medio ſolennitatis tuę.
Poſuerunt ſigna ſua ſigna; & non cognouerunt, ſicut in exitu ſuper ſummum.
Quaſi in ſylua lignorũ, ſecuribus exciderũt ianuas eius in idipſum; in ſecuri & aſcia deiecerunt eam.
Incenderunt igni ſanctuarium tuũ in terra; polluerunt tabernaculũ nominis tui.
Dixerunt in corde ſuo, cognatio eorum ſimul; quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.
Signa noſtra non vidimus iam nõ eſt propheta; & nos non cognoſcet amplius.
Vſq; quo Deus improperabit inimicos; irritat aduerſarius nomen tuum in finem?
Vtquid auertis manũ tuá & dexterá tuá; de medio ſinu tuo in finẽ?
Deus autẽ rex noſter ante ſæcula; operatus eſt ſalutẽ in medio terræ.
Tu cõfirmaſti in virtute tua mare; contribulaſti capita draconum in aquis.
Tu cõfregiſti capita draconis; dediſti eũ eſcam populis Æthiopum.

Tu dirupiſti fontes & torrẽtes: tu ſiccaſti fluuios Etham.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & ſolem.

Tu feciſti omnes terminos terræ: æſtatem & ver, tu plaſmaſti ea.

Memor eſto huius, inimicus improperauit domino: & populus inſipiens incitauit nomen tuum.

Non tradas beſtiis animas confitẽtes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem.

Reſpice in teſtamentũ tuum: quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge deus, & iudica cauſam tuã: memor eſto improperiorũ tuorum: eorũ, quę ab inſipiẽte ſunt tota die

Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorũ, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Añ. Exurge domine, & iudica cauſam tuã.

℣. Deus meus eripe me de manu peccatoris. ℟. Et de manu contra legem agẽtis & iniqui. Dicitur

Pater noſter, &c.

Auguſtinus ſuper pſalmum ſexageſimum tertium. Lectio 4.

EXacuerunt tanquam gladiũ linguas ſuas, filij hominum dentes eorum, arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Quod dicit alius pſalmus, ſic & hic. Exacuerunt tãquam gladiũ linguas ſuas. Non dicant Iudæi, non occidimus Chriſtum. Propterea enim cum dederunt iudici Pilato, vt quaſi ipſi à morte eius viderentur immunes. Nam cum dixiſſet eis Pilatus, vos eum occidite, reſponderunt, Nobis non licet occidere quenquam. Iniquitatem facinoris ſui in iudicem hominem refundere voluerũt. Nõ decitur. Tu autem ſed ſtatim ſequitur. ℟. Amicus meus oſculi me tradidit ſigno: quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, hoc malum fecit ſignũ, qui per oſculũ adimpleuit homicidiũ. ℣. Infelix prætermiſit pretiũ ſanguinis: & in fine laqueo ſe ſuſpendit. ℣. Bonũ erat ei, ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Pref. Infelix. Lectio 5.

SEd nunquid Deū iudicem fallebat? Quod fecit Pilat9, in eo ipſo quod fecit, aliquantum particeps fuit: ſed in comparatione eorum, multo ipſe innocentior. Inſtetit enim quātum potuit, vt illum ex eorū manibus liberaret. Nam propterea flagellatū produxit ad eos. Non perſequendo dominum flagellauit, ſed illorum furori ſatiſfacere volens: vt vel ſic iam miteſcerent, & deſinerent eum occidere, cum flagellatum viderent. Si reus Pilatus, quia flagellauit dominum inuitus: illi innocentes, qui coēgerunt vt faceret? Nullo modo. Reſ. Vnus ex vobis tradet me hodie. Vę illi per quem tradar ego, bonū erat ei, ſi natus non fuiſſet. ℣. Qui intingit mecum manū in paropſide, hic me traditurus eſt. Pre. Væ illi.

Lectio. 6.

SEd ille dixit in eum ſententiam, & iuſsit eum crucifigi: & quaſi ipſe occidit; & vos ô Iudęi occidiſtis. Gladio linguæ, Acuiſtis enim linguas veſtras. Et quando percuſſiſtis niſi quando clamaſtis, Cruci-

fige crucifige? Propterea enim nõ eſt prætermittendum: quia venit in mentem, ne fortè aliquem perturbet lectio diuinorũ librorũ. Quidam euangeliſta ait, hora ſexta crucifixum dominum: & quidã hora tertia. Si non intelligamus, perturbamur. Iam incipiente ſexta hora, dicitur Pilatus ſediſſe pro tribunali. Et reuera quando leuatus eſt dominus in lignũ, hora ſexta erat: ſed alius euangeliſta intuens animum Iudęorum, qui volebant ſe immunes videri a morte domini, narrãdo eos oſtendit reos, dicens hora tertia dominum crucifixũ. ℟. Ego quaſi agnus innocens ductus ſum ad immolãdum, & neſciebam, conſilium fecerunt inimici mei aduerſum me, dicẽtes ℣. Venite, mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. ℣. Omnes inimici mei aduerſum me cogitabant mala mihi, verbũ iniquũ mandauerũt aduerſum me dicentes. Prel. Venite. Repetitur Reſp. Ego. In tertio nocturno. Aña. Dixi iniquis, no-

lite loqui aduerſus Deum iniquitatem. Pſalmus.

COnfitebimur tibi deus; cōfitebimur, & inuocabimus nomē tuū.

Narrabim⁹ mirabilia tua; cū accepero tēpus, ego iuſtitias iudicabo.

Liquefacta eſt terra, & oēs qui habitāt i ea; ego cōfirmaui colūnas ei⁹.

Dixi iniquis, nolite iniq; agere; & delinquētib⁹, nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altū cornu veſtrum; nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.

Quia neque ab oriente, neque ab occidēte, neq; à deſertis mōtibus; quoniam Deus iudex eſt.

Hunc humiliat, & hunc exaltat; quia calix in manu dñi vini meri plenus miſto.

Et inclinauit ex hoc in hoc; verūtamen fęx eius non eſt exinanita; bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in ſeculū; cantabo Deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorum cōfringam; & exaltabuntur cornua iuſti. Aña. Dixit iniquis, nolite loqui aduerſus Deum iniquitatē. Aña.

Terra tremuit & quieuit, dũ exurgeret in iudicio Deus. Pſalmus.

NOtus in Iudæa Deus; in Iſrael magnum nomen eius.

Et factus eſt in pace locus eius; & habitatio eius in Sion.

Ibi confregit potentias; arcum, ſcutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus ęternis; turbati ſunt omnes inſipientes corde.

Dormierunt ſomnum ſuum; & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

Ab increpatione tua Deus Iacob; dormitauerũt qui aſcẽderũt equos.

Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi; ex tunc ira tua.

De cœlo auditum feciſti iudicium; terra tremuit, & quieuit.

Cum exurgeret in iudiciũ deus; vt ſaluos faceret oẽs mãſuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi; & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.

Vouete, & reddite domino Deo veſtro; omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili & ei, qui aufert ſpiritũ principũ: terribili apud reges terræ. Aña. Terra tremuit & quieuit dum reſurgeret in iudicio Deus.
Aña. In die tribulationis meę: deũ exquiſiui manibus meis. Pſal.

Voce mea ad dominum clamaui; voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meę; Deũ exquiſiui manibus meis nocte contra eum; & non ſum deceptus.

Renuit conſolari anima mea; memor fui Dei & delectatus ſum, & exercitatus ſum; & defecit ſpiritus meus.

Anticipauerũt vigilias oculi mei; turbatus ſum, & non ſum locutus.

Cogitaui dies antiquos; & annos ęternos in mente habui.

Et meditatus ſum nocte cũ corde meo; & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.

Nunquid in æternũ proijciet deus; aut non apponet vt complacitior ſit adhuc?

Aut in finẽ miſericordiã ſuã abſcindet; a gñatione in generationẽ.

Aut obliuiſcetur miſereri De⁹, aut continebit in ira ſua miās ſuas?

Et dixi, Nunc cæpi, hæc mutatio dexteræ excelſi.

Memor fui operum dñi, quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ.

Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in ſancto via tua, quis Deus magnus ſicut Deus noſter, tu es Deus, qui facis mirabilia.

Notam feciſti in populis virtutẽ tuam, redemiſti in brachio tuo populum tuũ, filios Iacob & ioſeph.

Viderunt te aquę deus, viderũt te aquæ, & timuerũt, & turbatæ ſunt abyſsi.

Multitudo ſonitus aquarum, vocẽ dederunt nubes.

Etenim ſagittæ tuæ trãſeunt, vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terræ, commota eſt & contremuit terra.

In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur.

Deduxiſti ſicut oues populum tuũ in manu Moyſi & Aaron. Aña. In die tribulationis meę deum exquiſiui manibus meis. ℣. Exurge domine. ℟. Iudica cauſam meam. Pater noſter quies in cœlis, &c.

Lectio ſeptima. Ex homilia venerabilis Bedæ ſuper euangelium.

SCripturus euangeliſta Ioánes memorabile illud domini myſteriũ, quo diſcipulis paſcha priſquam ad paſſionem iret, pedes lauare dignatus eſt: primum ipſum nomen paſchæ quid myſticè ſignaret, aperire curauit, ita incipiens. Ante diem feſtũ paſchę, ſciẽs Ieſus, quia venit hora eius vt tranſeat de hoc mũdo ad patrẽ. Paſcha quippe trãſitus interpretatur: nomẽ ex eo vetus habens, quòd tranſierit in eò dñs per Ægyptũ, percutiens primogenita Ægyptiorũ, & filios Iſrael liberãs, & quòd ipſi filij Iſrael trãſierint illa nocte de Ægyptiaca ſeruitute, vt venirẽt ad terrã promiſſæ olim hęreditatis & pacis. ℟. Vna hora non potuiſtis vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro me. Pręſ.

Vel Iudá non videtis quomodo nõ dormit, ſed feſtinat me tradere Iudæis? ℣. Dormite iá, & requieſcite, ecce appropinquabit, qui me tradet. Preſ. Vel Iudam. Lectio. 8.

MYſtice autẽ ſignificat, quod in ea dñs tráſiturus eſſet ex hoc mundo ad patrem: & quod eius exẽplo fideles abiectis tẽporalibus deſiderijs, abiecta vitiorũ ſeruitute: cõtinuis virtutũ ſtudijs tranſire debẽt ad promiſſionẽ patriæ cœleſtis. Sciebat Dñs, quia diabolus iá miſerat in cor Iudę, vt traderet eũ. Sciebat quia omnia dedit ei pater in manus, & inter omnia ipſũ traditorẽ, & eos, quib⁹ tradẽdus erat, & mortẽ, quá erat paſſurus: vt de his faceret, quę vellet. ℟. Seniores populi conciliũ fecerunt. Preſ. Vt Ieſum dolo tenerẽt, & occiderent: cũ gladijs & fuſtibus exierũt tãquã ad latronem. ℣. Collegerũt ergo põtifices & Phariſæi cõciliũ. Preſ. Vt Ieſum dolo. Lectio. 9.

SCiebat quia per humilitatẽ incarnationis à Deo exiuit: & per victoriá reſurrectionis ad Deũ erat

rediturus. Sciebat hæc omnia: & tamen in magnæ humilitatis exéplũ ſurgit a cœna, & non Dei dñi, ſed hominis ſerui implet officiũ, ei⁹ pedes abluens, cuius manus in ſua traditione nouerat eſſe polluẽdas. In ſententia vero, qua Petro dictum eſt, Si non lauero te, non habebis partem mecũ, apertè monſtratum eſt, quod hęc pedum lotio ſpũalem purificationem, ſine qua ad cõſortiũ Chriſti nemo peruenire poteſt, inſinuat: nõ illá, qua quotidiani reatus, ſine quibus in hac vita non viuitur, quotidiana Dei gratia mundantur. ℟ Reuelabunt cœli iniquitatem Iudæ, & terra aduerſus eum conſurget, & manifeſtũ erit peccatum illius in die furoris dñi. ℣ Cũ eis, qui dixerunt dño Deo, Redde a nobis, ſcientiam viarũ tuarũ nolumus. ℟ In die perditionis ſeruabitur, & ad diem vltionis deducetur. ℣ Cum eis. ℟ Reuelabunt cœli.

Ad laudes. Pſalmus.

Miſerere mei Deus, ſecundũ magná miſericordiá tuá.

℣ Et ſecundum multitudinẽ miſera-

tionũ tuarũ; dele iniquitatẽ meã.

Amplius laua me ab iniquitate mea; & à peccato meo mũda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco; & peccatum meum cõtra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci; vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis; & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum; & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti; incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me domine hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lętitiã; & exultabũt oſſa humiliata;

Auerte faciẽ tuã à peccatis meis; & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus; & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua; & ſpiritum ſanctũ tuũ ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui;

ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit, lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meũ anuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem, vtiq; holocauſtis non delectaberis.

Sacrificiũ Deo, ſpiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac dñe in bona volũtate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem.

Tũc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ, oblationes & holocauſta, tũc imponẽt ſuper altare tuũ vitulos. An.

Iuſtificeris domine in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Pſalm⁹.

DOmine, refugiũ factus es nobis: à generatione in generationẽ.

Priusquàm montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à ſeculo, & vſque in ſeculum: tu es Deus.

Ne auertas hominem in humilita-

tem; & dixiſti, cōuertimini filij ho-
minum.

Quoniam mille anni ante oculos
tuos; tanquàm dies heſterna, quæ
præterijt.

Et cuſtodia in nocte, quæ pro nihi
lo habentur: eorum anni erunt.

Manè ſicut herba tranſeat, manè
floreat, & trāſeat; veſperè decidat,
induret, & areſcat.

Quia defecimus in ira tua, & in fu
rore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras in cōſ-
pectu tuo, ſeculum noſtrū in illu-
minatione vultus tui.

Quoniam omnes dies noſtri defe-
cerunt; & in ira tua defecimus.

Anni noſtri, ſicut aranea medita-
buntur, dies annorum noſtrorum
in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autē in potentatibus octoginta
anni; & amplius eorū labor, & dolor

Quoniam ſuperuenit māſuetudo;
& corripiemur.

Quis nouit poteſtatē irę tuę; & prę
timore tuo iram tuā dinumerare?

Dexteram tuam ſic notā fac; & eru
ditos corde in ſapientia.

Conuertere domine vſquequo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos

Repleti ſumus mane miſericordia tua: exultauimus, & delectati ſumus ſ omnibus diebus noſtris.

Lætati ſumus ꝓ diebus, quib⁹ nos humiliaſti: anis, quib⁹ vidim⁹ mala.

Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et ſit ſplendor domini Dei noſtri: ſuper nos: & opera manuũ noſtrarum: dirige ſuper nos: & opus manuũ noſtrarum dirige. Aña Dominus tanquam ouis ad victimam ductus eſt: & nõ aperit os ſuũ. ps.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, inuia, & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi: vt videre virtutẽ tuam & gloriã tuam.

Quoniam melior eſt mĩa tua ſuper vitas: labia mea laudabũt te.

Sic benedicã te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultatio-

nis laudabit os meum.

Sic memor fui tui ſuper ſtratũ me-
um; in matutinis meditabor in te;
quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum
exultabo; adhæſit anima mea poſt
te; me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi verò in vanum quæſierunt a-
nimam meam; introibunt in infe-
riora terræ; tradẽtur in manus gla-
dij, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo; lauda-
buntur omnes qui iurant in eo;
quia obſtructum eſt os loquentiũ
iniqua.

DEus miſereatur noſtri, & bene-
dicat nobis; illuminet vultũ ſu-
um ſuper nos; & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viã tuã;
in omnibus gentibus ſalutare tuũ.

Confiteantur tibi populi Deus; cõ-
fiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultẽt gentes; quo-
niam iudicas populos in æquitate;
& gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, cõ
fiteantur tibi populi omnes; terra
dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus Deus noſter; benedicat nos Deus/ & metuát eũ omnes fines terrę. Añ Cõtritũ eſſe cor meũ in medio mei; cõtremuerunt omnia oſſa mea. Canticum.

Cantemus dño/ glorioſe eni magnificatus eſt/ equũ, & aſcenſorẽ deiecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea dñs; & factus eſt mihi in ſalutem.

Iſte Deus meus, & glorificabo eũ; Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quaſi vir pugnator; oẽs nomen eius / currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in marę.

Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro ; abyſſi operuerunt eos / deſcenderunt in profundum quaſi lapis.

Dextera tua domine magnificata eſt in fortitudine; dextera tua domine percuſſit inimicũ/ & in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios meos.

Miſiſti iram tuam, quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam/ & in ſpiritu furoris tui congregati ſunt aquæ.

Stetit vnda fluens/ cõgregatæ ſunt

abyſſi in medio mari.
Dixit inimicus, Perſequar, & com prehendã, diuidam ſpolia, implebi tur anima mea.
Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.
Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbũ in aquis vehementibus.
Quis ſimilis tui in fortibus domine, quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia.
Extendiſti manum tuam & deuorauit eos terra, dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti.
Et portaſti eũ in fortitudine tua, ad habitaculum ſanctum tuum.
Aſcenderunt populi, & irati ſunt dolores obtinuerũt habitatores Philiſtijm. Tunc cõturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerũt omnes habitatores Chanaan.
Irruat ſuper eos formido, & pauor, in magnitudine brachij tui.
Fiant imobiles, quaſi lapis, donec

pertranſeat populus tuus Domi-
ne, donec pertrãſeat populus tuus
iſte, quem poſſediſti.
I ntroduces eos, & plãtabis in mõ-
te hereditatis tuæ, firmiſsimo habi
taculo tuo, quod operatus es dñe.
S anctuarium tuum domine, quod
firmauerunt manus tuæ, dominus
regnabit in æternum, & vltrà.
I ngreſſus eſt enim eques Pharao
cũ currib⁹, & equitib⁹ ei⁹ in mare:
& reduxit ſup eos dñs aquas maris
F ilij autẽ Iſrael ambulauerunt per
ſiccum, in medio eius. Añа Exhor
tatus es in virtute tua, & in refe-
ctione ſancta tua domine. Pſalm⁹

L Audate dominum de cœlis, lau-
date eum in excelſis.
L audate eũ omnes angeli eius, lau
date eum omnes virtutes eius.
L audate eum ſol & luna, laudatẽ
eum omnes ſtellæ & lumen.
L audate eum cœli cœlorũ, & aquę
omnes quæ ſuper cœlos ſunt, lau-
dent nomen domini.
Q uia ipſe dixit: & facta ſunt, ipſe
mandauit, & creata ſunt.
S tatuit ea in ęternũ & in ſeculũ ſe

culi: pceptū poſuit, & nō pteribit.

L audate dominum de terra: dracones, & omnes abyſsi.

I gnis, grādo, nix, glacies, ſpiritus procellarū: quæ faciūt verbū eius.

M ontes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

B eſtiæ & vniuerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ.

R eges terræ & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

I uuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen dñi: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

C onfeſsio eius ſuper cœlum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

H ymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi.

Pſalmus.

C Antate domino cāticum nouū: laus eius in eccleſia ſanctorum.

L ætetur Iſrael in eo, qui fecit eū: & filiæ Sion exultent in rege ſuo.

L audent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.

Q uia bñplacitū eſt dño in populo ſuo: & exaltauit manſuetos i ſalutē.

E xultabunt ſancti in gloria: læta-

buntur in cubilibus ſuis.
Exultationes Dei in gutture corũ:
& gladij ancipites in manibꝰ corũ.
Ad faciendam vindictã in nationi-
bus: increpationes in populis.
Ad alligandos Reges eorum in cõ-
pedibus: & nobiles eorum in mani
cis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium cõſcrip-
tum: gloria hęc eſt omnibus ſanctis
eius. Pſalmus.
Laudate dominum in ſanctis eiꝰ:
Laudate eum in firmamento vir
tutis eius.
Laudate eũ in virtutibus eius: lau-
date eum ſecundum multitudinem
magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tubę: lauda-
te eum in pſalterio & cithara.
Laudate eum in tympano & cho-
ro: laudate eũ in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis beneſo-
nantibus: laudate eum in cymbalis
iubilationis: omnis ſpiritus laudet
dñm. Añ. Oblatꝰ eſt, quia ipſe vo-
luit: & pctã noſtra ipſe portauit.
Ad benedictus. Aña. Traditor aũt
dit eis ſignũ dicẽs. Quẽ oſculatꝰ

fuero, ipſe eſt, tenete eũ. Canticũ.

BEnedictus dñs Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redẽptionẽ plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locut⁹ eſt per os ſanctorũ: qui à ſeculo ſunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendã miam cũ patribus noſtris: & memori teſtamẽti ſui ſacti.

Iuſiurandũ quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorũ noſtrorũ liberati, ſeruiamus illi.

In ſanctitate & iuſtitia corã ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciẽ domini parare vias eius.

Ad dandã ſcientiã ſalutis plebi ei⁹: in remiſsionẽ peccatorum eorum.

Per viſcera miẽ Dei noſtræ: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent: ad dirigen-

dos pedes noſtros in viam pacis.
Aña. Traditor autem dedit eis ſignum, dicẽs, Quẽ oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ. Poſtea dicatur. Kyrie eleyſon. kyrie eleyſon. kyrie eleyſon. ℣. Dñe miſerere. ℣. Chriſtus dominus factus eſt obediens vſque ad mortem. ℣. Qui paſſurus aduenisti ꝓpter nos. Chriſte eleyſon. ℣. Qui expanſis in cruce manibus traxiſti omnia ad te ſecula. Chriſte eleyſon. ℣. Qui propheticè prōpſiſti, Ero mors tua, ô mors. Chriſte eleyſon. ℣. Dñe miſerere. ℣. Chriſtus dñs factus eſt obediẽs vſque ad mortem. kyrie eleyſon, Kyrie eleyſon, kyrie eleyſon, ℣. Domine miſerere. ℣. Chriſtus dominus factus eſt obediens vſq; ad mortem. ℣. Mortem autem crucis. Pater noſter, &cæt. Pſalmus. Miſerere mei Deus ſecundum, quęre ſupra ad laudes. Oratio.

RESpice quæſumus domine ſuper hanc familiam tuam, pro qua dominus noſter Ieſus Chriſtus nõ dubitauit manib⁹ tradit nocẽtiũ, & crucis ſubire tormentum.

# DIE IOVIS.

Ad veſperas. Pater noſter. Aña. Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Pſalmus.

CRedidi, ꝑpter quod loquutus ſũ:/ego aũt humiliatus ſũ nimis.

Ego dixi in exceſſu meo:/omnis homo mendax.

Quid retribuam domino:/pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam:/& nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populi eius:/pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorũ eius.

O domine quia ego ſeruus tuus:/ego ſeruus tuus,/& filiꝰ ancillę tuæ.

Dirupiſti vincula mea,/tibi ſacrificabo hoſtiam laudis:/& nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam in cõſpectu omnis populi eius:/in atrijs domus domini in medio tui Hieruſalem. Aña. Calicẽ ſalutaris accipiã, & nomẽ domini inuocabo. Añ. Cum his qui oderũt pacem, eram

pacificus: cum loquebar illis, impu gnabant me gratis. Pſalmus.

AD dominum cum tribularer cla mavi: & exaudivit me.

Domine libera animam meam à la bijs iniquis/ & à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi/ ad linguam doloſam?

Sagittæ potentis acutæ/ cum carbonibus deſolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus plõgatus eſt/ habitaui cũ habitãtib⁹ cedar/ multũ incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacẽ, eram pacificus/ cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Aña. Cum his, qui oderũt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Aña. Ab hominibus iniquis libera me domine. Pſalmus.

ERipe me dñe ab homine malo/ à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerũt iniquitates ĩ corde/ tota die conſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpẽtes/ venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ.

Cuſtodi me dñe de manu pctõris/ & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerūt ſupplantare greſ-
ſus meos ; abſconderunt ſuperbi la
queum mihi.
Et funes extenderūt in laqueū ; iux
ta iter ſcandalū poſuerunt mihi.
Dixi dño, Deus meus es tu ; exaudi
domine vocē deprecationis meæ.
Domine, Domine virtus ſalutis
meæ ; obumbraſti ſuper caput meū
in die belli.
Non tradas me domine á deſide-
rio meo peccatori ; cogitauerūt cō-
tra me, ne derelinquas me ; ne fortè
exaltentur.
Caput circuitus eorum ; labor la-
biorum ipſorum operiet eos.
Cadēt ſuper eos carbones ; in ignē
deijcies eos : in miſerijs nō ſubſiſtēt.
Vir linguoſus nō dirigetur in ter-
ra ; virum iniuſtum mala capient in
interitu.
Cognoui, quia faciet dominus iu-
diciū inopis ; & vindictā pauperū.
Verūtamen iuſti confitebūtur no-
mini tuo ; & habitabunt recti cum
vultu tuo. Aña. Ab hominib⁹ ini-
quis libera me domine. Aña. Cu-
ſtodi me a laqueo, quem ſtauerunt

mihi: & à ſcandalis operantium iniquitatem. Pſalmus.

DOmine, clamaui ad te, & exaudi me, intende voci meę, cum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū.

Pone domine cuſtodiā ori meo, & oſtium circūſtantiæ labijs meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non cōmunicabo cū electis eorum.

Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me, oleum autē pctōris nō impinguet caput meū.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum, abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.

Audient verba mea, quoniam potuerūt, ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.

Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum, quia ad te domine, domine oculi mei, in te ſperaui, non au-

feras animam meam.

Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi | & à ſcandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius peccatores | ſingulariter ſum ego donec trãſeã. Aña. Cuſtodi me à laqueo, quẽ ſtatuerũt mihi: & à ſcãdalis operãtiũ iniquitatẽ. Aña. Conſiderabã ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me. Pſalm⁹.

Voce mea ad dominum clamaui | voce mea ad dominũ & deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam | & tribulationem meã ante ipſum pronuntio.

In deficiẽdo ex me ſpiritum meũ | & tu cognouiſti ſemitas meas.

In via hac, qua ambulabã | abſconderunt laqueum mihi.

Cõſiderabam ad dexterã, & videbã | & nõ erat, qui cognoſceret me.

Periit fuga à me | & nõ eſt, qui requirat animam meam.

Clamaui ad te dñe, dixi, Tu es ſpes mea | portio mea in terra viuentiũ.

Intẽde ad deprecationem meam:

quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequentibus me; quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animã meam; ad confitendũ nomini tuo; me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

Aña. Cõſiderabã ad dexterã, & videbã; & non erat qui cognoſceret me. Ad magnificat. Añ. Cœnãtib⁹ aũt, accepit Ieſus panẽ: & bñdixit, ac fregit, dedit diſcipulis ſuis. Cãti.

MAgnificat anima mea dominũ.

Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potẽs eſt: & ſanctum nomen eius.

Et miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.

Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum: re-

cordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locut⁹ eſt ad patres noſtros; Abraham, & ſemini eius in ſecula.
Aña. Cœnantibus autem, accepit Ieſus panẽ: & benedixit, ac fregit, dedit diſcipulis ſuis. ℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem. Pater noſter. &c. Pſ. Miſerere mei Deus ſecundum, &c.
Oratio. Reſpice quæſumus domine, &c. vt ſupra ad laudes.

## DIE VENERIS.

Ad miſſam dicatur Paſsio domini ſecundum Ioannem. Ad matutinas. Pater noſter. & Credo in Deum, &c. Pſalmus.

QVare fremuerũt gẽtes; & populi meditati ſunt inania.
Aſtiterunt reges terræ; & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum: & aduerſus Chriſtum eius.
Dirumpamus vincula eorũ; & proijciamus a nobis iugum ipſorum.
Qui habitat in cœlis irridebit eos; & dominus ſubſannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in furore ſuo conturbabit eos.

Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Siō montē ſanctum eius: prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.

Poſtula à me, & dabo tibi gētes hereditatem tuam: & poſſeſſionē tuā terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: & tanq̄ vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore: & exultate ei cum tremore.

Apprehēdite diſciplinā, nequā iraſcatur dñs: & pereatis de via iuſta.

Cū exarſerit in breui ira eius: bti omnes, qui confidūt in eo. Añ. Aſtiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum aduerſus dñm, & aduerſus Christū eius. Pſalmus.

DEus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti: longè à ſalute mea verba delictorū meorū.

Deus meus clamabo per diem: & non exaudies: & nocte, & non ad

inſipientiam mihi.
Tu aũt in ſctõ habitas/laus Iſrael.
In te ſperauerũt patres noſtri/ſperauerunt, & liberaſti eos.
Ad te clamauerũt, & ſalui facti ſũt/in te ſperauerũt & nõ ſunt cõfuſi.
Ego autẽ ſum vermis & nõ homo/opprobriũ hoĩum, & abiectio plebis.
Omnes vidẽtes me, deriſerũt me/loquuti ſunt labijs, & mouerũt caput.
Sperauit in dño, eripiat eum/ſaluũ faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniam tu es, qui extraxiſti me de vẽtre/ſpes mea ab vberibus matris meę/in te proiectus ſũ ex vtero.
De ventre matris meę Deus meus es tu/ne diſceſſeris à me.
Quoniam tribulatio proxima eſt/quoniã nõn eſt qui adiuuet.
Circundederunt me vituli multi/tauri pingues obſederunt me.
Aperuerũt ſuper me os ſuum/ſicut leo rapiens & rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum/ & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meum tanquàm cera liqueſcens/in medio vẽtris mei.

Aruit tãquàm teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluerẽ mortis deduxiſti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantiũ obſedit me.

Foderũt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt oĩa oſſa mea.

Ipſi verò conſiderauerũt, & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem dñe ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea Deus animã meam, & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicorniũ humilitatẽ meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſię laudabo te.

Qui timetis dñm laudate eũ, vniuerſum ſemẽ Iacob glorificate eũ.

Timeat eũ omne ſemen Iſrael, quoniam non ſpreuit, neque deſpexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciẽ ſuam à me, & cũ clamarem ad eum exaudiuit me.

Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in cõſpectu timentium eum.

Edent pauperes, & ſaturabuntur: & laudabũt dñm, qui requirũt eũ: viuent corda eorũ in ſeculũ ſeculi.

Reminiſcentur, & cõuertentur ad dominum: vniuerſi fines terræ.

Et adorabunt in conſpectu eius: vniuerſæ familiæ gentium.

Quoniam dñi eſt regnũ: & ipſe dominabitur gentium.

Manducauerũt & adorauerũt oẽs pingues terræ: in cõſpectu ei° cadẽt omnes, qui deſcendunt in terrã.

Et anima mea illi viuet: & ſemen meum ſeruiet ipſi.

Annunciabitur dño generatio vẽtura: & annunciabunt cæli iuſticiã eius: populo qui naſcetur, quẽ fecit dñs. Ana. Diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Pſalmus.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropriant ſuper me nocẽ

tes, vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.
Vnam petij à dño, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.
Vt videant volũtatem domini, & viſitem templũ eius.
Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorũ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me, & nũc exaltauit caput meũ ſup inimicos meos.
Circuiui & imolaui in tabernaculo eius hoſtiá vociferationis, cantabo, & pſalmum dicam domino.
Exaudi dñe vocé meá, quá clamaui ad te, miſerere mei, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciẽ tuá dñe requirá.
Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalu

taris meus.

Quoniã pater meus, & mater mea dereliquerunt me / dominus autẽ aſſumpſit me.

Legẽ pone mihi domine ĩ via tua / & dirige me in ſemitam rectã propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me / quoniã inſurrexerunt in me teſtes iniqui / & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona domini / in terra viuentium.

Expecta dñm, viriliter age / & cõfortetur cor tuum, & ſuſtine dñm.

Añ. Inſurrexerũt in me teſtes iniqui & mẽtita eſt iniquitas ſibi. ℣. Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea. ℟. Et ſuper veſtẽ meã miſerũt ſortẽ.

Lamentatio prima. Sadech.

MAnum ſuã miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent eccleſia tuã. Caph. Omnis populus eius gemens, & quærẽs panem. Dederũt pretioſa quæq; pro cibo, ad refocillandum animam.

Vide dn̄e, & conſidera, quoniã facta ſum vilis. Lamech. O vos õnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Quoniã vindemiauit me, & loquutus eſt dn̄s in die furoris ſui. Mem. De excelſo miſit ignem in oſsibus meis, & erudiuit me. Expandit rete pedibus meis cõuertit me retrorſũ. Poſuit me deſolatam tota die, mœrore confectam. Nun. Vigilauit iugũ iniquitatũ mearum in manu eiꝰ conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo. Infirmata eſt virtus mea: dedit me dn̄s in manu, de qua nõ potero ſurgere. Sam. Abſtulit omnes magnficos meos dn̄s de medio mei: vocauit aduerſũ me tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit dn̄s virgini filiæ Iuda. Sedech. Iuſtus dominus, quia os eius ad iracundiam ꝓuocaui. Audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorẽ meũ. Virgines meę, & iuuenes mei abierunt in captiuitatẽ. Coph. Vocaui amicos meos, & ipſi deceperũt me. Sacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt: quia quæſie-

runt, cibum ſibi, vt refocillarẽt ani mas ſuas. ℟. Vide dñe quoniã tribulor: conturbatus eſt venter me⁹. Subuerſum eſt cor meum in me ipſo: quoniã amaritudine plena ſum. Foris interfecit gladius: & domi mors ſimilis eſt. Sy. Audierũt quia ingemiſco ego: & non eſt qui conſoletur me. Omnes inimici mei audierũt malum meum: lætati ſunt, quoniam tu feciſti. Adduxiſti diẽ conſolationis, & fiant ſimiles mei. Tau. Ingrediatur omne malũ eorũ corã te, & deuindemia eos, ſicut vindemiaſti me ꝓpter iniquitates meas. Multi enim gemit⁹ mei, & cor meũ mœrẽs. Hieruſalẽ, Hieruſalẽ, cõuertere ad dñm Deũ tuum. ℟. Oẽs amici mei dereliquerũt me, & prævaluerũt inſidiãtes mihi tradidit me, quẽ diligebã, & terribilibus oculis plaga crudeli percutiẽs. Preſa. Aceto potabant me. verſus. Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea.
Preſ. Aceto. Lamentatio ſecunda. Aleph.

QVomodo obtexit caligine in furore ſuo dñus filiam Sion,

proiecit de cœlo in terrã inclitam
Iſrael: & non eſt recordatus ſcabel-
lum pedũ ſuorũ in die furoris ſui.
Beth Pręcipitauit dñs, nec peper-
cit omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit
in furore ſuo munitiones virginis
Iuda, & deiecit in terrã. Polluit reg
nũ, & principes eius. Guimel Cõ-
fregit in ira furoris ſui omne cornu
Iſrael auertit retrorſum dexteram
ſuã à facie inimici: & ſuccẽdit in Ia
cob quaſi ignẽ flãmæ deuorantis in
gyro. Deleth. Tetendit arcũ ſuum
quaſi inimicus: firmauit dexteram
ſuam quaſi hoſtis: & occidit omne
quod pulchrũ erat viſu in taberna
culo filiæ Sion: effudit quaſi ignem
indignationẽ ſuã. He Factus eſt do
minus velut inimicus: pręcipitauit
Iſrael. Præcipitauit omnia mœnia
eius: diſſipauit munitiones eius, &
repleuit in filia Iuda humiliatũ, &
humiliatã. Hieruſalẽ Hieruſalẽ. ℟.
Velũ templi ſciſſum eſt, & omnis
terra tremuit. ℣. Latro de cruce
clamabat, dicẽs, Memẽto mei dñe,
dũ veneris in regnũ tuũ. ℣. Amẽ di
co tibi, hodie mecũ eris ĩ paradiſo.

pſ. Latro. Lamẽtatio tertia. Vau.

ET diſsipauit quaſi hortũ tentoriũ ſuũ: demolitus eſt tabernaculum ſuũ. Obliuioni tradidit dñs in Sion feſtiuitatẽ & ſabbatũ, & in opprobrium, & in indignationẽ furoris ſui regẽ, & ſacerdotẽ. Zai. Repulit Dominus altare ſuũ, maledixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manus inimici muros curriũ eius. Vocem dederũt in domo domini, ſicut in die ſolẽni. Heth. Cogitauit dñs diſsipare murum filiæ Siõ: tetẽdit funiculũ ſuũ, & non auertit manũ ſuam à perditione. Luxitq; antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt. Thet. Defixæ ſunt in terra portæ eius: perdidit, & cõtriuit vectes eius, regẽ eius, & principes eius in gẽtibus. Non eſt lex, & prophetæ eius non inuenerũt viſionem a domino. Ioth. Sederũt in terra conticuerũt ſenes filiæ Sion: conſperſerũt cinere capita ſua: accincti ſunt cilicijs. Abiecerunt in terra capita ſua virgines Hieruſalem. Caph. Defecerũt præ lachrymis oculi mei: conturbati ſunt viſ-

cera mea. Effuſum eſt in terra iecur meũ ſuper contritionem filiæ populi mei: cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi. Hieruſalẽ, Hieruſalem conuertere. ℟. Vinea mea electa, ego te plãtaui. Preſa. Quomõ cõuerſa es in amaritudinẽ, vt me crucifigeres, & Barrabã dimitteres? Verſ. Sepiui te, & lapides elegi ex te, & ędificaui turrim ĩ medio tui. p. Quomodo. ℟m. Vinea mea.

In ſecundo nocturno. Pſalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me.

Quoniã ſagittæ tuę infixę ſũt mihi; & cõfirmaſti ſuper me manũ tuã.

Non eſt ſanitas in carne mea à facię iræ tuę; non ęſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum; & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ; à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finem; tota die contriſtatus

ingrediebar.

Quoniá lũbi mei impleti ſũt illuſio
nib⁹/& nõ eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum ni
mis/rugiebã à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium
meum/& gemitus meus à te nõ eſt
abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dere-
liquit me virtus mea/& lumen ocu
lorum meorum : & ipſum non eſt
mecum.

Amici mei, & ꝓximi mei/ aduerſũ
me appropinquauerũt, & ſteterũt.

Et qui iuxta me erant, de longe ſte-
terunt/& vim faciebant, qui quær
bant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi lo-
ti ſunt vanitates/ & dolos tota die
meditabantur.

Ego autem, tanquam ſurdus, nõ
audiebam/ & ſicut mutus non ape
riens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non au-
diẽs: & non habens in ore ſuo redar
gutiones.

Quoniam in te domine ſperaui/ tu
exaudies me domine Deus meus.

Quia dixi, Nequãdo ſupergaudeant mihi inimici mei / & dũ commouẽtur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum / & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meã annũtiabo / & cogitabo ꝓ peccato meo.

Inimici autem mei viuũt, & cõfirmati ſunt ſuper me / & multiplicati ſunt, qui oderunt me inique.

Qui retribuũt mala pro bonis detrahebant mihi / quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine Deus meus / ne diſceſſeris a me.

Intẽde in adiutoriũ meũ / dñe Deꝰ ſalutaris meę. Añ. Vim faciebant, qui quærebant animã meã. Pſal.

EXpectans expectaui dominum / & intendit mihi

Et exaudiuit ꝑces meas / & eduxit me de lacu miſerię / & de luto fęcis.

Et ſtatuit ſupra petrã pedes meos / & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum nouum / carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebunt, & ſperabunt in domino.

Beatus vir, cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

Multa feciſti tu domine Deus meꝰ mirabilia tua, & cogitationibꝰ tuis non eſt, qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiaui, & loquutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium, & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi.

Holocaſtum & pro peccato nō poſtulaſti, tunc dixi, Ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam Deꝰ meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo domine tu ſciſti.

Iuſtitiam tuam nō abſcondi in corde meo, veritatē tuā, & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuā, et veritatem tuā, à cōcilio multo.

Tu autē dn̄e ne longè facias miſerationēs tuas à me, miſericordia tua,

& veritas tua ſẽper ſuſceperũt me.
Quoniam circundederunt me mala, quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.
Multiplicatæ ſũt ſuper capillos capitis mei, & cor meũ dereliquit me.
Complaceat tibi dñe, vt eruas me, domine ad adiuuandũ me reſpice.
Confundantur, & reuereantur ſimul qui quærunt animam meam, vt auferant eam.
Conuertantur retrorſum, & reuereantur, qui volunt mihi mala.
Ferãt confeſtim confuſionem ſuã, qui dicunt mihi, euge, euge.
Exultent, & lætentur ſuper te oẽs quærentes te, & dicant, ſẽper magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuũ.
Ego autem mendicus ſum, & pauper, dominus ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus, & protector me⁹ tu es, Deus meus ne tardaueris. Aña.
Confundantur, & reuereantur, qui q̃runt aiam meã, vt auferãt eã. ps.
DEus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me,

Deus exaudi orationem meã, auribus percipe verba oris mei.

Quoniã alieni inſurruxerũt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo dñe, qm̃ bonũ eſt

Quoniã ex omni tribulatione eripuiſti me, & ſup inimicos meos deſpexit oculus meus. Añ. Alieni inſurrexerunt in me, & fortes quæſierũt animã meam. Verſ. Ab inſurgentibus in me. ℟. Libera me dñe.

Lectio quarta. Ex ſermone Iohannis Chryſoſtomi.

HOdie fratres chariſsimi, crux fixa eſt, & ſeculũ ſanctificatũ eſt. Hodie crux fixa eſt, & mors ſubmerſa eſt. Hodie crux fixa eſt, & dæmones diſperſi ſunt. Hodie Crux vicit, & mors deuicta eſt. Hodie diabolus victus eſt, & homo abſolutus eſt, & Deus glorificatus eſt. Reſp.

Tanq̃ ad latronē exiſtis cū gladijs & fuſtibus cōprehendere me. Preſ. Quotidiè apud vos erā in tēplo docēs, & non me tenuiſtis: & ecce flagellatū ducitis ad crucifigendum. ℣. Cumq́, iniecissent manus in Ieſū, & tenuiſſent, dixit ad eos. Preſ. Quotidiè apud. Lectio quinta.

HOdie apd Iudæos terra tremuit, & apud nos orbis terræ firmat⁹ eſt. Hodie apud Iudęos petræ ſciſſe ſunt: hodie amabilis Deo pietas vniuerſum cōſulit orbē. Decebat enim ea, quæ pietatis erant, coniungi, & ea, quæ infidelitatis, diſiungi. ℟m. Tenebræ factæ ſunt, dum crucifixiſſent Ieſū Iudæi, & circa horā nonā exclamauit Ieſus voce magna, De⁹ deus meus, vt quid dereliquiſti me? Preſ. Et inclinato capite, tradidit ſpūm. Tunc vnus ex militibus lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua. Verſ. Cū ergo accepiſſet acetū, dixit, Cōſūmatū eſt. Preſ. Et inclinato. Lec. vj.

HOdie apud Iudæos ſol obſcuratus eſt. Non enim ferre poterat creatura iniurias creatoris. Retra-

xit ſol radios ſuos, ne videret impio
rum facinora. Apud nos aũt nox in
diem cõuerſa eſt. Fidelibus enĩ nox
in diem mutatur, infidelibus autẽ
etiam ipſa lux tenebreſcit. ℟. Bar
rabbas latro dimittitur, & innocẽs
Chriſtus occiditur. Preſ. Nam & Iu
das armis doctus ſceleris, qui per pa
cem didicit facere bellum, oſculan-
do tradidit dominum Ieſum Chri-
ſtum. verſ. Verax datur fallacibus,
pium, flagellat impius. Preſ. Nam
& Iudas. Reſ. Barrabas latro.

In tertio nocturno. Pſalmus.

ERipe me de inimicis meis Deus
meus: & ab inſurgentibus in me
libera me.

Eripe me de operãtib' iniquitatẽ:
& de viris ſanguinum ſalua me.

Quia ecce ceperunt animam meã:
irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neq; peccatũ
meũ domine: ſine iniquitati cucur
ri, & direxi.

Exurge in occurſum meum, & vi-
de: & tu domine, Deus virtutum,
Deus Iſrael.

Intende ad viſitandas omnes gẽ-

tes/ nõ miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Cõuertẽtur ad veſperã & famẽ patiẽtur vt canes/ & circuibũt ciuitatẽ.

Ecce loquentur in ore ſuo/ & gladi⁹ in labijs eorum/ qm̃ quis audiuit?

Et tu domine deridebis eos/ & ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinẽ meam ad te cuſtodiã/ quia Deus [...] ſuſceptor meus es/ Deus meus: mĩa eius pręueniet me.

Deus oſtẽdit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos/ nequãdo obliuiſcantur populi mei.

Diſperge illos in virtute tua/ & depone eos protector meus dñe.

Delictum oris eorum ſermonẽ labiorum ipſorum/ & comprehendẽtur in ſuperbia ſua.

Et de execratione, & mendatio annuntiabuntur in cõſumatione/ in ira conſumationis, & non erunt.

Et ſcient quia Deus dominabitur Iacob/ & finium terræ.

Conuertentur ad veſperã, & famẽ patientur vt canes/ & circuibũt ciuitatẽ. Ipſi diſpergentur ad mãducandũ; ſi vero non fuerint ſaturati

& murmurabunt.
Ego auté cantabo fortitudiné tuá; & exaltabo manè miſericordiá tuá
Quia factus es ſuſceptor me⁹/ & refugiũ meũ in die tribulatiõis meę.
Adiutor meus tibi pſallá/quia De⁹ ſuſceptor meus es/ Deus meus mía mea. Añ. Ab inſurgentibus in me libera me domine, quia occupauerunt animam meam. Pſalmus.

Domine, Deus ſalutis meę in die clamaui & nocte coram te.
Intret in cõſpectu tuo oratio mea; inclina auré tuá ad precé meam.
Quia repleta eſt malis anima mea; & vita mea inferno appropinquit.
Æſtimatus ſum cum deſcẽdẽtibus in lacũ; factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormiẽtes in ſepulchris/quorũ non eſt memor amplius/ & ipſi de manu tua repulſi ſunt.
Poſuerunt me in lacu inferiori/ in tenebroſis, & in vmbra mortis.
Sup me cõfirmatus eſt furor tuus/ & oẽs fluct⁹ tuos induxiſti ſup me.
Longè feciſti notos meos à me/ poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & nõ egrediebar/ oculi mei languerunt præ inopia.
Clamaui ad te domine/ tota die expandi ad te manus meas.
Nũ quid mortuis facies mirabilia/ aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi.
Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam/ & veritatem tuam in perditionem?
Nunquid cognoſcẽtur in tenebris mirabilia tua/ & iuſtitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te domĩe clamaui/ & manè oratio mea præueniet te.
Vt quid dñe repellis orationẽ meã/ auertis faciem tuam à me?
Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea/ exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus.
In me tranſierunt iræ tuæ/ & terrores tui conturbauerunt me.
Circundederũt me, ſicut aqua tota die/ circundederunt me ſimul.
Elongaſti à me amicum, & proximũ/ & notos meos à miſeria. Aña.
Lõgẽ feciſti notos meos à me traditus ſum, & nõ egrediebar. ii. Pſal.

DEus vltionum dominus/Deus vltionum liberè egit.
Exaltare, qui iudicas terram/redde retributionem ſuperbis.
Vſquequo peccatores dn̄e / vſquequo peccatores gloriabuntur?
Effabũtur, & loquẽtur iniquitatẽ/loquẽtur oẽs opantur iniuſtitiam?
Populũ tuũ domine humiliauerũt/& hęreditatem tuam vexauerunt.
Viduam, & aduenam interfecerũt/& pupillos occiderunt.
Et dixerũt, Non videbit dominus/nec intelliget Deus Iacob.
Intelligite inſipiẽtes in populo/& ſtulti aliquando ſapite.
Qui plãtauit aurẽ, non audiet/aut qui finxit oculum non conſiderat?
Qui corripit gentes, nõ arguet/qui docet hominem ſcientiam?
Dominus ſit cogitatiões hominũ/quoniam vanæ ſunt.
Beatus homo, quem tu erudieris domine/& de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei à dieb⁹ malis/donec fodiatur peccatori fouea.
Quia nõ repellet dn̄s plebẽ ſuam/& hæreditatem ſuam nõ relinquet

Quoadusque iuſtitia conuertatur in iudicium/& qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde.

Quis conſurget mihi aduerſus malignantes?/aut quis ſtabit mecũ aduerſus operantes iniquitatem?

Niſi quia dñs adiuuit me/paulomĩnꝰ habitaſſet in ĩferno anima meà.

Si dicebã, motus eſt pes meus/miſericordia tua dñe adiuuabat me.

Secundum multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo/cõſolationes tuæ lætificauerunt animã meam.

Nunquid adhęret tibi ſedes iniquitatis/qui fingis dolorẽ in ꝓcepto.

Captabunt in animã iuſti/& ſanguinem innocentẽ condemnabunt.

Et factus eſt mihi dñs in refugiũ/& Deus meus in adiutoriũ ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitatẽ ipſorũ/& in malitia eorũ/diſperdet illos dñs Deus noſter. Aña. Captabunt in animam iuſti,& ſanguinem innocentem condemnabunt. ℣. Loquuti ſunt aduerſum me lingua doloſa. ℟. Et ſermonibus odij circũdederunt me. Lectio ſeptima.

Neceſſariũ eſt quærere cur latro-

ni ãte alios, & tales viros dominus paradiſum repromiſit. Crediderũt quidem illi: ſed modo diuerſo dominum gloriæ ſicut poſſibile fuit, intuentes. Iſte autem vidit ſaluatorem, non ſuper thronum regalem, non adorari in templo, non loquẽtem de cœlis, non per angelos diſponentem, ſed in pœna ſociatum cum latrone vidit in tormento, & tanquam in gloria adorat. Vidit in cruce, & rogat quaſi in cœlis ſedẽtem: vidit cõdẽnatum, & regẽ inuocat dicẽs: Domine memẽto mei, cum veneris in regnũ tuum. Reſp. Tradiderunt me in manus impiorum: & inter iniquos proiecerunt me, & nõ pepercerunt animæ meæ cõgregati ſunt aduerſus me fortes. Preſ. Et ſicut gigantes ſteterunt cõtra me. ℣. Alieni inſurrexerunt in me, & fortes quæſierunt animam meam. Pre. Et ſicut gigantes.

Lectio octaua.

O Admirãda latronis cõfeſſio: crucifixũ vides, & regẽ prædicas? in ligno pẽdere cernis, & cœlorum regna meditaris? Nunquid ſcriptu

ras legiſti, ab iniquitate nō ceſſás? Iudæi crucifixerunt, qui nouerũt legé, & prophetas: & tu horũ ignar⁹, Deũ vides crucifixũ, & adoras condẽnatũ? Quis te erudiuit talia dicere? Nō me, inquit, lex docuit, ſed ſol occultás lumẽ ſuũ. Vidi quidẽ crucifixum, ſed terræmotũ ſenſi: & propter patricidas elementa indignantia intellexi. ℟. Ieſum tradidit impius ſummis principib⁹ ſacerdotũ, & ſenioribus populi. Petrus aũt ſequebatur a longe. Preſ. Vt videret finé. ℣. Et ingreſſus eſt Petrus in atriũ principis ſacerdotũ. Preſ. Vt videret.

Lectio nona.

ET petræ quidẽ ſcindebantur, ſed corda hominũ nonmetuebát: & ſurrexerũt mortui, & intrauerunt in ſanctá ciuitatẽ, vt inexcuſabilẽ redderẽt cauſá eorũ. Dicebát autẽ Iudæi, Nō habemus regẽ niſi Cæſarem. Abnuerũt dei regnũ, & traditi ſunt regni romanorũ, quod petierunt. Et ſanguis Chriſti factus eſt illis ad condẽnationẽ, nobis aũt ad iuſtificationẽ. ℟. Caligauerũt oculi mei à fletu meo, quia elongat⁹ eſt

à me, qui cōſolabatur me: videte oēs populi. Pref. Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. ℣. O vos oēs, qui tranſitis per viam, attendite, & videte. Pre. Si eſt dolor. ℟. Caligauerunt.

Ad laudes. Pſ.

MIſerere mei Deus, ſecundū magnam miſericordiā tuam.

Et ſecundum multitudiné miſerationum tuarū: dele iniquitaté meá.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malū coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritaté dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me dn̄e hyſſopo & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

A uditui meo dabis gaudiũ, & læti-
tiam/& exultabũt oſſa humiliata.
A uerte faciem tuam à peccatis me
is/& omnes iniquitates meas dele.
C or mundũ crea in me Deus/& ſpi
ritũ rectũ innoua in viſcerib⁹ meis.
N e proijcias me à facie tua/& ſpũm
ſanctũ tuum ne auferas à me,
R edde mihi lætitiam ſalutaris tui/
& ſpiritu principali confirma me.
D ocebo iniquos vias tuas/& impij
ad te conuertentur.
L ibera me de ſanguinib⁹ Deus De
us ſalutis meæ/& exultabit lingua
mea iuſtitiam tuam.
D omine labia mea aperies/& os
me um annunciabit laudẽ tuam.
Q uoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ de-
diſſem/vtique holocauſtis non de-
lectaberis.
S acrificium Deo, ſpiritus contribu
latus/cor contritum & humiliatũ
Deus non deſpicies,
B enigne fac dñe in bona volũtate
tua Sion/vt ædificentur muri Hie-
ruſalem.
T unc acceptabis ſacrificium iuſti-
tiæ/oblationes & holocauſta/tunc

imponēt ſuper altare tuū vitulos.

Aña Proprio filio ſuo non pepercit Deus : ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Pſalmus.

DOmine exaudi orationem meā/ auribus percipe obſecrationem meā/ in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudiciū cum ſeruo tuo/ quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis viuens.

Quia ꝑſequutus eſt inimicus aīam meā/ humiliauit in terra vitā meā.

Collocauit me ī obſcuris ſicut mortuos ſeculi/ & anxiatus eſt ſup me ſpiritus meus/ in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierū antiquorū/ meditatus ſum in omnibus operibꝰ tuis/ & ī factis manuū tuarū meditabar.

Expandi manus meas ad te/ anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine/ defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me/ & ſimilis ero deſcendentibus in lacū.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam/ quia in te ſperaui.

Notã fac mihi viã, in qua ambulẽ/ quia ad te leuaui animã meam.

Eripe me de inimicis meis dñe, ad te confugi/doce me facere volũtatem tuam, quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã/propter nomen tuũ dñe viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meã/& in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes oẽs, qui tribulant animã meã/quoniã ego ſeruus tuus ſum.

Añ Anxiatus eſt in me ſpũs meus: in me turbatũ eſt cor meũ. Pſal.

DEus Deus meus/ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea/quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, inuia, & inaquoſa/ ſic in ſancto apparui tibi/vt viderẽ virtutẽ tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt mĩa tua ſuper vitas/labia mea laudabunt te.

Sic benedicant te in vita mea: & in nomine tuo leuabo man⁹ meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea/&labijs exultationis

nis laudabit os meum.

S ic memor fui tui ſuper ſtratum meũ, in matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus.

E t in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

I pſi verò in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradẽtur in manus gladij, partes vulpium erunt.

R ex verò lætabitur in Deo, laudabuntur oẽs qui iurãt in eo, quia obſtructũ eſt os loquentiũ iniqua. ps.

D Eus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultũ ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

V t cognoſcamus in terra viã tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuũ.

C onfiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi omnes.

L ætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

C onfiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum.

B ñdicat nos Deus Deus noſter, be

nedicat nos Deus/ & metuant eum oẽs fines terrę. Ana. Ait latro ad latroné, Nos quidé digna factis recipimus, hic aũt quid fecit? Memento mei domine, dum veneris in regnũ tuum. Canticum.

DOmine audiui auditionem tuá: & timui.

Domine opus tuũ/ in medio annorũ: viuifica illud.

In medio annorum notũ facies/ cũ iratus fueris, miæ recordaberis.

Deus ab Auſtro veniet / & ſanctus de monte Pharan.

Operuit cœlos gloria eius / & laudis eius plena eſt terra.

Splédor eius vt lux erit/ cornua in manibus eius.

Ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante facié eius ibit mors.

Egredietur diabolus ãte pedes eiꝰ ſtetit, & menſus eſt terram.

Aſpexit, & diſſoluit gentes/ & contriti ſunt montes ſeculi.

Incuruati ſunt colles mũdi/ ab itineribus æternitatis eius.

Pro iniqtate vidi tẽtoria Æthiopię turbabũtur pelles terræ Madian.

N unquid in fluminibus iratus es do mine? aut in fluminibus furor tuus/ vel in mari indignatio tua?

Q ui aſcendis ſuper equos tuos / & quadrigę tuæ ſaluatio.

S uſcitans ſuſcitabis arcum tuum/ iuramenta tribubus quę locutus es.

F luuios ſcindes terræ/ viderunt, & doluerunt montes/ gurges aquarũ tranſijt.

D edit abyſſus vocem ſuam/altitu-do manus ſuas leuauit.

S ol, & luna ſteterũt in habitaculo ſuo/in luce ſagittarũ tuarũ ibũt/in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.

I n fremitu cõculcabis terram/ & in furore obſtupefacies gentes.

E greſſus es in ſalutem populi tui/ in ſalutem cum Chriſto tuo.

P ercuſsiſti caput de domo ĩpij/ dñu daſti fundamẽtũ eius vſq; ad collũ.

M aledixiſti ſceptris eius, capiti bel latorum eius/ veniẽtibus, vt turbo ad diſpergendum me.

E xultatio eorum/ ſicut eius, qui de uorat pauperem in abſcondito.

V iá feciſti in mari equis tuis/ in li-to aquarum multarum.

Audiui & cõturbatꝰ eſt vẽter meꝰ: à voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in oſſibꝰ meis & ſubter me ſcateat.

Vt requieſcam in die tribulatiõis & aſcendam ad populum accinctũ noſtrum.

Ficus enim non florebit & nõ erit germen in vineis.

Mentietur opus oliuæ & arua nõ afferunt cibum.

Abſcindetur de ouili pecus & non erit armentum in præſepibus.

Ego aũt in domino gaudebo & exultabo in Deo Ieſu meo.

Deus dominꝰ fortitudo mea & ponet pedes meos quaſi ceruorum.

Et ſuper excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentẽ. Añ. Dum conturbata fuerit anima mea dñe, miſericordiæ memor ero. Pſalmꝰ.

Laudate dominũ de cœlis laudate eum in excelſis.

Laudate eum õnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol & Luna laudate eum omnes ſtellæ & lumen.

Laudate eũ cœli cœlorum & aquę,

quę ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt / ipſe mandauit, & creata ſunt.

Statuit ea in æternũ & in ſeculũ ſeculi / precepttũ poſuit, & nõ pteribit.

Laudate dominũ de terra / dracones, & omnes abyſsi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum / quæ faciũt verbũ ei⁹.

Montes & omnes colles / ligna fructifera & omnes cedri.

Beſtiæ & vniuerſa pecora / ſerpẽtes & volucres pennatæ.

Reges terrę & omnes populi / principes, & omnes iudices terræ.

Iuuenes, & virgines, ſenes cũ iunioribus laudent nomen domini / quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſsio eius ſuper cœlũ & terrã / & exaltauit cornu populi ſui.

Hymn⁹ omnibus ſanctis eius / filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi. ps.

Cantate domino canticũ nouũ / laus eius in eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum / & filiæ Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro / in

tympano & pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitũ eſt dño in populo ſuo/& exaltauit mãſuetos ĩ ſalutẽ
Exultabũt ſancti in gloria/lętabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes Dei in gutture eorũ/& gladij ãcipites in manibus eorũ.
Ad faciendam vindictam in nationibus/increpationes in populis.
Ad alligãdos Reges eorũ in cõpedibꝰ/& nobiles eorũ ĩ manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conſcriptum/gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Pſalmus.
LAudate dominũ in ſanctis eius/laudate eum in firmamẽto virtutis eius.
Laudate eũ in virtutibus eius/laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tubæ/laudatæ eum in pſalterio & cythara.
Laudate eũ in tympano & choro/laudate eum in chordis & organo.
Laudate eũ in cymbalis bene ſonãtibus/laudate eũ in cymbalis iubilationis/õnis ſpiritus laudet dñm. an.
Memento mei dñe, dum veneris in

regnũ tuũ. At benedictus. aña. Poſuerũt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, Ieſus nazarenus rex Iudæorum.

Canticum.

BEnedictus dñs Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuę.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorũ, qui à ſeculo ſunt prophetarũ eius.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium, qui oderũt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandũ, quod iurauit ad Abrahã patrẽ noſtrũ: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorũ noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate, & iuſtitia corã ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandã ſcientiã ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorũ:

Per viſcera micordiæ Dei noſtri

in quib⁹ viſitauit nos oriēs ex alto; Illuminare ijs, qui in tn̄bris, et vmbra mortis ſedēt: ad dirigēdos pedes noſtros in viam pacis. Añ. Poſuerūt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptā, Ieſus nazarenus Rex Iudæorū. Et ſtatim dicatur. kyrie eleyſon kyrie eleyſon. kyrie eleyſon. &c. vt ſupra in die Mercurij. Ad veſperas Antipho. Calicem. Pſal. Credidi. &c. cum allijs antipho. & pſal. vt ſuprà folio. 55. Ad Magnificat. Aña. Cum accepiſſet acetum, dixit, Conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Canticū. Magnificat. Dicto Magnificat & Aña dicatur. Pater noſter. Pſal. Miſerere mei Deus. vt ſuprà ad laudes. Orat. Reſpice quæſumus domine. vt ſuprà in die Mercurij in fine.

## DIE SABBATI.

Ad Matutinū. Pater noſter. &c. ps

CVm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitię meę: in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei: & exaudi orationem meam.

Filij hominum vſquequo graui cor de? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctũ ſuũ: dñs exaudiet me cum clamauero ad eum.

Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris: & in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in domino: multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona?

Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui dñe: dediſti lætitiã ĩ corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei ſui: multiplicati ſunt.

In pace in idipſum: dormiam, & requieſcam.

Quoniã tu dñe ſingulariter in ſpe: cõſtituiſti me. an. In pace in idipſũ: dormiam, & requieſcã. Pſalmus.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: & operatur iuſtitiam.

Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malū, & opprobrium nō accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, & nō decipit, qui pecuniā ſuā nō dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit.

Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Aña. Habitabit in tabernaculo tuo: requieſcet in mōte ſancto tuo. Pſalmus.

COnſerua me domine, quoniam ſperaui in te, dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra ei⁹, mirificauit omnes volūtates meas in eis.

Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt.

Non cōgregabo conuenticula eorum de ſanguinib⁹, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hęreditatem meam mihi.

Funes ceciderũt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea pręclara eſt mihi.

Benedicam dominũ, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſq; ad noctem increpuerũt me renes mei.

Prouidebam dominũ in cõſpectu meo ſemper: quoniã à dexteris eſt mihi, ne commouear.

Propter hoc lætatum eſt cor meũ, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Quoniã non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctũ tuum videre corruptionem.

Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cũ vultu tuo: delectatiões in dextera tua vſq; in finẽ. añ. Caro mea requieſcet in ſpe. ℣. In pace in idipſum. ℟. Dormiam & requieſcam. ¶ Lamentatio. j Aleph.

QVomõ obſcuratũeſt aurũ, mutatꝰ eſt color optimꝰ: diſpſi ſũt lapides ſanctuarij in capite omniũ plateatũ? Beth. Filij Sion incliti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſũt in vaſa teſtea, opus manuũ figuli? Gimel. Sed & lamie nuda-

uerũt mãmã, lactauerũt catulos ſu-os: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto. Hieruſalẽ, Hie-ruſalẽ cõuertere ad dñm Deũ tuũ.
℟. Sepulto dño ſignatũ eſt monu-mentũ, voluẽtes lapidẽ ad hoſtium monumẽti. Preſ. Ponentes milites, qui cuſtodirẽt illud. verſ. Ne fortè veniat diſcipuli eius, et furẽtur eũ, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis. Preſ. Ponentes milites. Lamenta-tio ſecunda. Deleth.

ADhæſit lingua lactentis ad pala-tũ ei⁹ in ſiti: paruuli petierũt pa-nem, & non erat, qui frangeret eis. He. Qui veſcebãtur voluptuoſè, in-terierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Vau. Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomo-rum, quæ ſubuerſa eſt in momen-to, & ceperunt in ea manus. Hieru-ſalem. Hieruſalem. ℟ Hieruſalem luge, & exue te veſtibus iucundita-tis: induere cinere, & cilicio. Preſ. Quia in te occiſus eſt ſaluator Iſ-rael. verſ. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctẽ, & nõ

taceat pupilla oculi tui. Pref. Quia in.
Lect. & Orat. Ieremiæ prophetę.

REcordare dñe quid acciderit nobis, intuere & reſpice opprobriũ noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi viduæ. Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra prætio comparauim⁹. Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies. Aegypto dedimus manum, & aſſyrijs, vt ſaturaremur pane. Patres noſtri peccauerũt, & non ſunt, & nos iniquitates eorũ portauimus. Serui dñati ſunt noſtri, non fuit qui redimeret de manu eorum. In aibus noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt, à facie tẽpeſtatũ famis. Mulieres in Sion humiliauerũt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu ſuſpẽſi ſunt, facies ſenum nõ erubuerũt. Adoleſcẽtib⁹ impudicè abuſi ſunt: & pueri ĩ ligno corruerũt. Senes defecerũt de portis: iuuenes de choro pſallẽtiũ. Defe

eit gaudiũ cordis noſtri, verſus eſt in luctũ chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri, vę nobis, quia peccauimus. Propterea mœſtum factũ eſt in dolore cor noſtrum: ideò contenebrati ſũt oculi noſtri. Propter montem Siõ, quia diſperijt: vulpes ambulauerũt in eo. Tu autẽ dñe in æternũ permanebis: ſoliũ tuũ in generationẽ & generationẽ. Quare in perpetuũ obliuiſceris noſtri, derelinques nos in longitudinẽ dierũ? Cõuerte nos dñe ad te, & cõuertemur: innoua dies noſtros ſicut à principio. Sed proijciẽs repuliſti nos: iratus es cõtra nos vehemẽter. Re. Plange quaſi virgo plebs mea: vlulate paſtores in cinere & cilicio. ℟. Quia venit dies dñi magna, & amara valde. ℣. Vlulate paſtores, & clamate, aſpergite vos cinere. Pre. Quia. ℟. Plãge. In ſecũdo nocturno. Pſalm⁹.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo.

Quia ſuper maria fundauit eam: & ſuper flumina præparauit eam.

Quis aſcendet in montem domi-

nī. aut quis ſtabit in loco ſctō eius?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animã ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet bñdictioné à dño: & miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentiũ eum: quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes veſtras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ? dñs fortis, & potens, dominus potẽs in prælio.

Attollite portas principes veſtras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ? domin⁹ virtutũ, ipſe eſt rex gloriæ. An. Eleuamini portæ ęternales: & introibit rex gloriæ.

Pſalm⁹.

Dominus illuminatio mea: & ſalus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropriant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipſi

infirmati ſunt, et ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum.

Si exurgat aduerſum me prælium in hoc ego ſperabo.

Vnam petij à domino, hanc requiram vt inhabité in domo domini omnibus diebus vitę meæ.

Vt videam voluntatem domini et viſitem templum eius.

Quoniã abſcondit me in tabernaculo ſuõ & in die malorũ protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltauit me & nũc exaltauit caput meũ ſup iĩmicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis cãtabo, & pſalmum dicam domino

Exaudi dñe vocem meã, qua clamaui ad te miſerere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meũ, exquiſiuit te facies mea faciem tuam dñe requirã.

Ne auertas faciem tuã à me ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto, ne derelinquas me neq́ deſpicias me deus ſalutaris meus.

Qm pater me⁹, & mater mea dere-

liquerũt me/ dñs aũt aſsũpſit me.

Legẽ pone mihi domine in via tua/ et dirige me in ſemita recta, ꝓpter inimicos meos.

Ne tradideris me in aĩas tribulãtiũ me/ quoniã ĩſurrexerũt in me teſtes iniqui/ & mẽtita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona domini/ in terra viuentium.

Expecta dominũ, viriliter age/ & cõfortetur cor tuũ, & ſuſtine dominũ. Ana. Credo videre bona domini in terra viuentium. Pſalmus.

EXaltabo te domine, quoniã ſuſcepiſti me/ nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Domine Deus meus clamaui ad te/ & ſanaſti me.

Domine eduxiſti ab inferno animam meam/ ſaluaſti me à deſcendẽtibus in lacum.

Pſallite dño ſancti eius/ & confitemini memoriæ ſanctitatis eius.

Quoniã ira in indignatione eius/ & vita in voluntate eius.

Ad veſperam demorabitur fletus/ & ad matutinum lætitia.

Ego aũt dixi in abũdantia mea/ Non

mouebor in ęternum.

D omine in voluntate tua: pręſtitiſti decori meo virtutē.

A uertiſti faciē tuam à me: & factus ſum conturbatus.

A d te domine clamabo: & ad Deū meum deprecabor.

Q uę vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo in corruptionem.

N unquid confitebitur tibi puluis: aut annuntiabit veritatem tuam?

A udiuit domin⁹ & miſertus eſt mei: dominus factus eſt adiutor meus.

C onuertiſti planctū meū in gaudiū mihi: concidiſti ſaccum meū, & circundediſti me lætitia.

V t cantet tibi gloria mea, & non compungar: domine Deus meus in æternum confitebor tibi. Aña. Domine ab ſtraxaſti ab inferis: animā meam. verſus. Tu autē domine miſerere mei. Reſpō. Et reſuſcita me: & retribuam eis.

¶ Lectio quarta. Ex ſermone ſancti Auguſtini in ſabbato ſancto.

EXulta cœlū, & in lætitia eſto terra, quoniā iſte dies nobis ampli⁹ ex ſepulchro radiauit, quā de ſole re

fulſit. Dolet infern⁹, quia viuificat⁹ eſt. Reſultat, quia ignotá lucé poſt ſecula longa vidit: & poſt profūdæ noctis caliginė reſpirauit. ℞m. Recеſsit paſtor noſter, fōs aquæ viuæ, ad cuius tranſitum ſol obſcurat⁹ eſt. Nā ille captus eſt, qui captiuū tenebat primum hominé. Preſ. Hodie portas mortis: & ſeras pariter ſaluator noſter dirupit. ℣ſus. Deſtruxit quidé clauſtra inferni, & ſubuertit potentias diaboli. Preſ Hodie portas.

Lectio quinta.

O Pulchra lux, quæ de cādido cœli faſtigio promicaſti: & poſt noctem perpetuam ſedentes in tenebris, & vmbra mortis ſubita claritate veſtiſti. Cōfeſtim ení Chriſto deſcendente, ſiluit ſtridor lugentiū. dirupta ceciderūt vincula damnatorū. Attonitę mētes obſtupeſcūt tortorū: ōniſq; ſimul impia officina cōtremuit. ℞. O vos omnes, qui trāſitis per viá, attendite, & videte. pſā. Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor me⁹. verſus. Attendite vniuerſi populi, & videte. Preſ. Si eſt dolor.

Lectio ſeptima.

QVis nam eſt, inquiunt, iſte terribilis, & niueo ſplendore coruſcus? Nunquã talẽ noſter excepit tartarus: nunquã in noſtrã cauernã talem euomuit mũdus. Inuaſor eſt iſte, non debitor: effractor eſt, non peccator. Iudicẽ videmus, nõ ſupplicem: pugnare venit, nõ ſuccũbere: eripere, nõ manere. Reſp. Caligauerũt oculi mei â fletu meo: quia elõgatus eſt a me, qui cõſolabatur me: Videte omnes populi. Pre. Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus, verſ. O vos omnes, qui tranſitis per viã, attendite, & videte. Preia, Si eſt dolor ſicut. Reſpon Caligauerunt.

¶ In tertio nocturno. Pſalmus.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac] & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam] au ribus percipe verba oris mei.

Quoniã alieni inſurrexerũt aduerſum me] & fortes quęſierunt animã meam] & non propoſuerũt Deũ ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me] & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in ve

ritate tua diſperde illos.

V oluntariè ſacrificabo tibi / & confitebor nomini tuo domine quoniá bonum eſt.

Q uoniam ex omni tribulatione eripuiſti me / & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. Aña. Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Pſalmus

NOtus in Iudæa Deus / in Iſrael magnum nomen eius.

E t factus eſt in pace locus eius / & habitatio eius in Sion.

I bi confregit potentias / arcú, ſcutum, gladium, & bellum.

I lluminás tu mirabiliter à mõtib⁹ æternis / turbati: ſunt omnes inſipiétes corde.

D ormierunt ſomnum ſuum / & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

A b increpatione tua Deus Iacob / dormitauerũt, qui aſcéderũt equos.

T u terribilis es, & quis reſiſtet tibi / ex tunc ira tua.

D e cœlo auditum feciſti iudicium / terra tremuit, & quieuit.

D ũ exurgeret in iudiciũ De⁹, vt ſal nos faceret omnes māſuetos terrę.
Q uoniā cogitatio hominis confite bitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtũ agent tibi.
V ouete, & reddite dño Deo veſtro; omnes, qui in circuitu eius affertis munera.
T erribili, & ei, qui aufert ſpũm prīcipũ, terribili apud reges terrę. Añ.
I n pace factus eſt locus ei⁹: & in Siõ habitatio eius. Pſalmus.

D Omine Deus ſalutis meæ, in die clamaui, & noctæ coram te.
I ntret in cõſpectu tuo oratio mea; inclina aurē tuam ad precē meam.
Q uia repleta eſt malis aīa mea, & vita mea inferno appropinquauit.
Æ ſtimatus ſum cũ deſcendentib⁹ in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.
S icut vulnerati dormiētes in ſepulchris, quorũ nõ eſt memor ampli⁹, & ipſi de manu tua repulſi ſunt.
P oſuerũt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis.
S uper me cõfirmat⁹ eſt furor tu⁹: & oēs fluctus tuos induxiſti, ſuper me.

Lõge feciſti notos meos à me: po-
ſuerunt me abominationem ſibi.
Traditus ſum, & non egrediebar: o-
culi mei languerũt pre inopia.
Clamaui ad te domine, tota die ex
pandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia?
aut medici ſuſcitabunt, & confite-
buntur tibi?
Nũquid narrabit aliquis in ſepul-
chro miſericordiã tuã: & veritatem
tuam in perditionem?
Nunquid cognoſcentur in tenebris
mirabilia tua: & iuſtitia tua in ter-
ra obliuionis?
Et ego ad te domĩe clamaui: & ma
nè oratio mea præueniet te.
Vt quid dñe repellis orationẽ meã:
auertis faciem tuam à me?
Pauper ſũ ego: & in laboribꝰ à iu-
uẽtute mea, exaltatus aũt humilia-
tus ſum, & conturbatus.
In me tranſierũt iræ tuæ: & terro-
res tui conturbauerũt me.
Circundederũt me ſicut aqua tota
die, circundederunt me ſimul.
Elongaſti à me amicũ, & ꝓximũ, &
notos meos à miſeria. Aña. Factus

ſum ſicut homo ſine adiutorio: inter mortuos liber. ℣. In pace factꝰ eſt locus eius. ℟. Et in Sion habitatio eius.

¶ Lectio ſeptima. Ex Hieronymo ſuper Matthæum, cap. 28.

VEſpere aũt Sabbatĩ, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videdere ſepulchrũ. Quòd diuerſa tẽpora iſtarum mulierem in euangelijs deſcribuntur, non mendacij ſignũ eſt, vt impij obijciunt, ſed ſedulę viſitationis officia, dum crebrò abeunt, ac recurrunt, & non patiuntur à ſepulchro domini diu abeſſe, vel longius. Reſp. Ecce quomodo moritur: & nemo percipit corde: & viri iuſti tolluntur, & nemo conſiderat: a facie iniquitatis ſublatus eſt iuſtus. Preſ. Et erit in pace memoria eius. Verſ. In pace factus eſt locus eius, & in Sion habitatio eius. Preſ. Et Lectio. 8.

ET ecce terremotus factus eſt magnus: angelus autem domini deſcendit de cœlo. Dominus noſter atq; idẽ filius hominis iuxta vtrãq;

naturá diuinitatis & carnis, núc ma gnitudinis ſuæ, núc humilitatis ſigna demonſtrat. ℟. Æſtimatus ſũ cum deſcendentibum in lacũ. ꝑſa. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. ℣. Poſuerũt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis. Preſ. Fact' ſum.

## Lectio nona.

VNde in pręſenti loco quáquam homo ſit, qui crucifixus eſt, qui ſepultus, qui clauſus tumulo, qué lapis appoſitus cohibet: tamen quæ foris aguntur: oſtendunt filiũ Dei. Sol fugiés, tenebræ ingruentes, terra mota, velum ſciſsũ, ſaxa abrupta, mortui ſuſcitati, angelorũ miniſteria, quæ & ab initio natiuitatis dñm probant. ℟. Agnus Dei Chriſtus ímolatus eſt pro ſalute mũdi: ná de parentis protoplaſti fraude facta condolens, quando pomi noxialis morte morſu corruit, ipſe lignũ túc notauit. Pre. Dãna ligni vt ſol. ℣. Luſtra ſex, qui iã peracta té pus implens corporis, ſe voléte natus ad hoc paſsioni deditus: agnus in cruce leuatur, immoládus ſtipi-

te. Pre Damna. ℟ Agnus. Ad laudes. Pſal. Miſerere mei Deus. ſupra fol. 49. Aña O mors, ero mors tua; morſus tuus ero inferne. Pſalmus.

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab hoīe iniquo, & doloſo erue me.

Quia tu es De⁹ fortitudo mea, quare me repuliſti: & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipſa me deduxerũt, & adduxerũt in montem ſanctum tuũ, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, ad Deũ qui lætificat iuuentutem meam.

Cõfitebor tibi in cithara De⁹ De⁹ meus, quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor illi, ſalutare vultus mei, & De⁹ me⁹. Añ. Plãgent eũ quaſi vnigenitũ: quia inocẽs dñs occiſus eſt. Pſ. Deus Deus meus. ſupra fol. 72. Añ. Attendite vniuerſi populi: & videte dolorem meum. Canticum.

EGo dixi, in dimidio dierũ meorum, vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduũ annorũ meorũ; dixi, Non videbo dominum Deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltrà; & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt cõuoluta eſt à me; quaſi tabernacula paſtorũ.

Præciſa eſt velut à texẽte vita mea; dum adhuc ordirer ſuccidit me; de mane vſq; ad veſperam finies me.

Sperabam vſq; ad mane; quaſi leo, ſic contriuit omnia oſſa mea.

De mane vſq; ad veſperã finies me; ſicut pullus hirũdinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei; ſuſpiciẽtes in excelſum.

Domine, vim patior, reſpõde pro me; Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi cum ipſe fecerim?

Recogitabo tibi oẽs annos meos; in amaritudine animæ meæ.

Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei: corripies me, & viuificabis me; Ecce in pace amaritudo mea amariſsima.

Tu aũt eruiſti animã meam, vt non periret; proieciſti poſt tergũ tuum

omnia peccata mea.

Quia nõ intern⁹ cõfitebitur tibi/ne q; mors laudabit te/nõ expectabũt qui deſcendũt in lacũ veritaté tuá.

Viuens, viués ipſe cõfitebitur tibi, ſicut & ego hodie/pater filijs notá faciet veritatem tuam.

Domine ſaluũ me fac / & pſalmos noſtros cátabimus cũctis dieb⁹ vitę noſtræ in domo dñi. Añ A porta inferi: erue dñe animá meá. ps. Laudate dominũ de cœ. ſupra fol. 52. Añ. O vos õnes qui tráſitis per viá attẽdite, & videte: ſi eſt dolor ſicut dolor me⁹. Ad bñdict⁹ añ Mulieres ſedentes ad monumẽtũ: lamétabantur, flẽtes dominũ. Canticũ.

Benedictus dñs Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut loquutus eſt per os ſanctorũ, qui à ſeculo ſunt ꝓphetarũ eius.

Saluté ex inimicis noſtris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſta

menti ſui ſancti.

Iuſiurandum, quod iurauit ab Abraham patrem noſtrum: daturũ ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorũ noſtrorũ liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo. omnibus diebus noſtris.

Et tu puer ꝓpheta altiſsimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandã ſciẽtiã ſalutis plebi eius: in remiſsionem peccatorũ eorum.

Per viſcera mĩæ Dei noſtri: in quibꝰ viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare ijs, qui in tenebris, & vmbra mortis ſedẽt: ad dirigendos pedes noſtros in viã pacis. añ. Mulieres ſedentes ad monumentũ lamentabãtur, flẽtes dominũ. Et ſtatim dicatur. kyrie eleyſon. kyrie eleyſon. kyrie eleyſon. &c. vt ſupra in die Mercurij fo. 54.

Ad veſperas. Antiphona. Alleluia. alleluya, alleluia. Pſalmus.

Laudate dominum omnes gẽtes. laudate eũ omnes populi.

Quoniam cõfirmata eſt ſuper nos

miſericordia eius: & veritas domini manet in æternum.
Gloria patri, & Filio & Spiritui ſãcto. Sicut erat in principio, & nũc, & ſemp: & in ſecula ſeculorũ. Amẽ.
Aña. Halleluia, halleluia, halleluia
¶ Ad Magnificat. Antiphona.
Veſpere aũt Sabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum, halleluia. Canticum.
MAgnificat anima mea dominũ. Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potẽs eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo, diſpſit ſuperbos mẽte cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerũ ſuum: recor-

datus miſericordię ſuę.

S icut locut⁹ eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſecula.

G loria patri, & Filio, & Spiritui ſã cto. S icut erat. &c.

Añ. Veſpere aũt ſabbati, quæ luce ſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrũ, halleluia. ℣. Domine ex audi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SPiritum nobis domine tuæ charitatis infundę, vt quos ſacramẽtis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concordes. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Verſus. Benedicamus Domino, halleluia, halleluia. Reſponſorium. Deo gratias halleluia, halleluia.

¶ Finis officij hebdomadæ ſanctæ.

Dominica reſurrectionis dñi ſtatio ad ſanctã Mariã maiorẽ. Introitus.

REſurrexi, & adhuc tecũ ſum halleluia: poſuiſti ſuper me manũ tuam halleluia: mirabilis facta eſt ſciẽtia tua halleluia halleluia. Ps. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionem meam & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri & filio, &c. Oratio.

DEus qui hodierna die per vnigenitũ tuum ęternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ præueniendo aſpiras: etiã adiuuãdo proſequere. Per eundẽ dñm. ¶ Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres. Expurgate vetus fermentũ: vt ſitis noua conſperſio: ſicut eſtis azimi. Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur: non in fermẽto malitiæ, & nequitiæ: ſed in azimis ſinceritatis & veritatis. Graduale. Hæc dies quam fecit dñs: exultemus & lætemur in ea. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Halleluia. ℣.

Paſcha noſtrum ímolatus eſt Chriſtus.

Sequentia.

Victimæ paſchali laudes immolét Chriſtiani. Agnus redemit oues: Chriſtus innocẽs patri reconciliauit peccatores. Mors & vita duello conflixere mirando: dux & vita mortuus regnat viu⁹. Dic nobis Maria: quid vidiſti in via? Sepulchrũ Chriſti viuẽtis: & gloriam vide reſurgẽtis. Dic nobis Maria: quid vidiſti in via? Angelicos teſtes: ſudarium & veſtes. Dic nobis maria: quid vidiſti in via? Surrexit Chriſtus ſpes mea: precedit vos in galilęam. Credendum eſt magis ſoli mariæ veraci: quã iudæorũ turbæ fallaci. Scimus Chriſtũ ſurrexiſſe à mortuis vere: tu nobis victor rex miſerere. Amen.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Marcum.

In illo tempore. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome: emerũt aromata: vt veniẽtes vngerẽt Ieſum. Et valde mane vna ſabbathorũ veniunt ad monumentũ orto iam ſole. Et dicebãt adinuicẽ.

Quis reuoluet nobis lapidẽ ab hoſtio monumẽti? Et reſpiciẽtes viderũt reuolutũ lapidẽ (Erat quippe magn⁹ valde) & introeũtes in monumentũ: viderũt iuuenẽ ſedentẽ in dextris: coopertũ ſtola candida: & obſtupuerũt. Qui dixit illis. Noli te expaueſcere: Ieſũ quæritis nazarenũ crucifixũ: ſurrexit: nõ eſt hic. Ecce locus vbi poſuerũt eum. Sed ite dicite diſcipulis ei⁹ & Petro: q̃a præcedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis: ſicut dixit vobis. Offer.

Terra tremuit & quieuit: dum reſurgeret in iudicio Deus halleluia.

Secreta.

SVſcipe quæſumus dñe preces populi tui cũ oblationib⁹ hoſtiarũ: vt paſchalibus initiata myſterijs, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiãt. Per dominum.

Communio. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus Alleluia: itaque epulemur in azimis ſinceritatis & veritatis: halleluia: halleluia: halleluia. Poſt cõmunio.

SPiritũ nobis dñe tuæ charitatis infunde: vt quos ſacramentis

paſchalibus ſatiaſti: tua facias pie-
tate concordes. Per dominum no.
in vnitate eiuſdem. poſt. Domin⁹
vobiſcum. dicitur. Ite miſſa eſt hal
leluia halleluia.

¶ Oratio ſancti [redacted] deuo-
tiſsima.

O Dulciſsime domíe Ie
ſu Chriſte vere Deus,
qui de ſinu ſummi pa
tris omnipotétis miſ
ſus es in múdum pec-
cata relaxare, afflic-
tos redemire, in carcere poſitos ſol
uere, diſperſos cõgregare, peregri-
nos in ſuá patriá reducere, cõtritis
corde miſereri, dolétes & lugentes
cõſolari. Dignare dñe Ieſu Xpe ab-
ſoluere & liberare famulú tuú. N.
de afflictiõe & tribulatiõe in q̃ po-
ſit⁹ ſũ. Et tu dñe qui gen⁹ humanũ
in quátũ homo à Deo patre oípotẽ
te in cuſtodiá recepiſti: & ex pieta-
te tua, crudeli paſsione nobis para
diſum cum prætioſo ſanguine tuo
mirabiliter mercat⁹ es: & inter an-
gelos & homines pacem feciſti. Tu
dñe Ieſu Chriſte digneris inter me

& inimicos meos ſtabilire & cõfir-
mare cõcordiã & pacẽ, & gratiam
tuã ſup meoſtẽdere, & infũdere mi
ſericordiã tuam, & omne odium &
iracũdiã inimicorũ meorũ, quod cõ
tra me habet, digneris extinguere
& mitigare ſicut iracũdiam & odiũ
Eſau abſtuliſti, quod habebat ad-
uerſus Iacob fratrẽ ſuum. Ita domi
ne Ieſu Chriſte ſuper me famulũ
tuũ. N. brachium tuũ & gratiã tuã
extendere: & me liberare digneris
ab omnibus me odientibus. Et tu
domine Ieſu Chriſte ſicut liberaſti
Abrahã de manibus Chaldæorum,
& filiũ eius Iſaac de immolatione
ſacrificij cum ariete, & Iacob de ma
nu Eſau fratris ſui, & Ioſeph de ma
nu fratrũ ſuorũ, Noe per arcã dilu-
uij, & Loth de ciuitate Sodomorũ
& famulos tuos Moyſẽ, & Aarõ, &
populũ Iſraelẽ de manu Pharaonis
& de ſeruitute Ægypti, Dauid regẽ
de manu Saulis & Goliæ gigantis
Suſannam de falſo crimine & teſti-
monio. Iudith de manu Holofernis
Danielẽ de lacu leonũ, tres pueros
Sidrach Miſac & Abdenago de ca-

mino ignis ardẽtis: Ioná de ventre ceti, & filiá Chananeæ quæ erat vexata per diabolũ: & Adã de profũdo puteo inferni cũ pretioſiſsimo ſanguine tuo, & Petrũ de mari, & Paulum de vinculis: Ita me famulũ tuũ. N. dulciſsime domine Ieſu Chriſte fili Dei viui liberare digneris, & ſuccurrere in adiutoriũ mei: quia inimici mei ſuper me faciũt & facere volũt multa mala cõſilia: Ita dñe Ieſu Chriſte euacuare digneris cõſiliũ eorũ, ſicut euacuaſti cõſiliũ Achitoph Iis qui cõſiliatus eſt Abſalõ cõtra Dauid regẽ patrem ſuũ: ita dñe Ieſu Chriſte me liberare digneris per ſancta beneficia tua, per ſanctã incarnationem tuam quam accepiſti vt homo de virgine Maria, per ſanctã natiuitatẽ tuã: per famen, per ſitim, per frigꝰ & calores per labores & afflictiones, per ſputa, per alapas, per flagella: per clauos, per lanceam, per ſpineã coronam: per potationem fellis & aceti, per ſæuiſsimã mortẽ crucis: per ſeptem verba que pendens in cruce dixiſti: ſcilicet deo patri omnipo

tenti, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciũt. Dixiſti dñe latroni in cruce pẽdẽti: Amẽ dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Dixiſti dñe patri tuo, Eli, Eli, lamazabathani? quod eſt interpretatũ, Deus meus, deus meꝰ, vt quid dereliquiſti me? Dixiſti dñe matri tuę: Mulier, ecce filius tuus, deinde diſcipulo: Ecce mater tua: oſtendens curam habere tuorum amicorũ. Dixiſti dñe. Sitio: ſcilicet ſalutẽ animarũ ſanctarũ quæ in limbo fuerũt & noſtrã cupiẽdo. Dixiſti dñe patri tuo: In manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ Dixiſti domine: Conſummatũ eſt, ſignificãs labores & dolores quos ꝓ nobis miſeris ſuſcepiſti, iã finire. Propter hos etiã rogo redemptor dñe Ieſu Xpe, vt me famulum tuũ.

N. cuſtodias ab hoſte maligno & ab omni periculo hic in preſenti & in futuro. Defende me per deſcẽſionem tuã ad inferos: per reſurrectionẽ tuã & frequentẽ diſcipulorũ tuorũ conſolationem, per admirabilẽ aſcenſionem tuam, per aduentũ ſpiritus ſancti, per diẽ tremendi

iudicij : per hæc omnia exaudi me domine, & per cũcta beneficia tua, & etiam pro cũctis beneficijs tuis mihi famulo tuo collatis : quia tu me feciſti ex nihilo : tu redemiſti me: tu ad fidem ſanctam tuam perduxiſti me: & cõtra diaboli tentationem me pręmuniſti, vitam ęternã promittendo. Propter iſta & omnia alia quę oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, rogo te dulciſsime domine Ieſu Chriſte, vt ab omnibus periculis animæ & corporis pro tua pietate & miſericordia me famulũ tuũ nũc & ſemper liberare digneris: & poſt huius vitæ curſum, ad te Deũ viuũ & verũ me perducere digneris. Qui viuis & regnas Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.



Oratio ſcti [redacted], Deus propitius.

DEus propitius eſto mihi peccatori, & cuſtos mei omnibus diebus vitę meę. Deus Abrahã, deus Iſaac, & deus Iacob,

miſerere mei: & mitte in adiutoriū
meum ſanctum mihaelē archange
lum: qui me cuſtodiat: protegat: fo
ueat: viſitet & defendat ab omni-
bus inimicis meis viſilibus & inui-
ſibilibus: carnalibus: ſpūalibus: &
tp̄oralibus: Sanctæ Michael archan
gele defende nos in prælio vt non
pereamus in tremendo iudicio. Sā-
cte Michael archangele per gratiā
quam meruiſti habere te deprecor
[redacted]: cum omni ſo-
cietate celeſti. Sanctæ Michael. San
ctę Gabriel. Sanctæ Raphael. Om
nes ſancti angeli & archangeli dei
ſuccurrite mihi peccatori. Precor
vos omnes virtutes cœlorū vt nul
lus inimicꝰ mihi nocere poſsit: nec
in via: nec in aqua: nec in igne:
nec in domo, nec extra domū, nec
eundo, nec redeundo, nec vigilan-
do, nec dormiendo, nec aliquid fa-
ciēdo. Ecce cru ✠ cem domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, fugite partes aduer

ſæ,vicit Leo te tribu Iuda, radix Dauid Alleluia.Saluator mundi ſalua nos:qui per crucem & ſanguiné tuú redemiſti nos. Auxiliare nobis te deprecamur. Agios, Otheos Agios, Iſchyros, Agios. Athanatos, Eleiſon, Himas Sacte De⁹, ſcté fortis ſacte & imortalis, miſerere nobis. Crux Xpi ſalua nos, Crux xpi protege nos. Crux Chriſti defende nos ōnibus vitæ noſtre. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Amen.

¶ Oratio de nomine Ieſu.

O Bone Ieſu. O dulciſsime Ieſu. O piiſsime Ieſu. O Ieſu fili Mariæ virginis, plenus miſericordia& pietate. O dulcis Ieſu ſecundum magná miſericordiá tui miſerere mei O clementiſſime Ieſu, te deprecor per illum ſanguiné precioſum quem pro peccatoribus effundere voluiſti: vt abluas iniquitates meas, & in me reſpicias miſerum & indignum veniam humiliter petenté & hoc nomen Ieſus ſanctum inuocáté. O nomen Ieſu, nomen dulce, nomé Ieſú nomé delectabile: nomé Ieſu, nomen cōfortás. Quid eſt

Ieſ⁹ : niſi ſaluator?Ergo Ieſu ꝓpter nomen tuū eſto mihi Ieſus, & ſalua me ne peream: tu qui plaſmaſti & redemiſti me: ne permittas me dānari quē tu de nihilo creaſti. O bone Ieſu & pijſſime Ieſu ne perdant me iniquitates meæ. Rogo te pijſſime Ieſu ne perdas quem fecit omnipotens tua bonitas. O dulcis Ieſu recognoſce quod tuum eſt, & abſterge quod alienum eſt. O benigniſsime Ieſu miſerere dū tempus eſt miſerēdi: ne damnes me in tempore iudicandi. Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcēdero in ęternam corruptionē? Neq; enim mortui laudabūt te dñe Ieſu, neq; omnes qui deſcendūt in infernum: O amantiſsime Ieſu. O deſideratiſsime Ieſu. O mitiſsime Ieſu. O Ieſu admitte me intrare in numerū electorū tuorū. O Ieſu ſalus in te credētium. O Ieſu ſolatium omnium ad te confugientiū. O Ieſu dulcis remiſsio omniū peccatorum. O Ieſu fili Mariæ virginis infunde in me gratiam ſapientiā, charitatē & caſtitatem: vt poſsim te perfecte dili

gere, te laudare, te perfrui, tibi ſer-
uire, in te gloriari, & omnes qui di-
ligunt nomen tuũ quod eſt Ieſus.

## ¶ Oratio ad beatam virginem Mariam.



OBſecro te dña ſã
ctaMaria mater
Dei pietate pleniſ-
ſima, ſummi regis fi
lia, mater glorioſiſ-
ſima, mater orpha-
norum, conſolatio
deſolatorũ, via errã
tiũ, ſalus omniũ in te ſperantium.
Virgo ante partum, virgo in partu
& virgo poſt partũ. Fõs miſericor-
diæ, fons ſalutis & gratiæ, fons cõ-
ſolationis & indulgentiæ, fons pie
tatis & lætitiæ, fons vitæ & veniæ.
Per illã ſanctã & ineffabilẽ lætitiã
qua exultauit ſpũs tuꝰ in illa hora
in qua tibi per Gabrielẽ archãgelũ
annũtiatus & cõceptꝰ filꝰ dei fuit.
Et per illud diuinũ myſteriũ qđ tũc
oꝑatꝰ eſt in te ſpũs ſctũs. Et per illã
ineffabilẽ gratiã, pietatẽ, miam, a-
morẽ, & humilitatẽ, per quas filius
tuꝰ dominus noſter Ieſus Chriſtus.

deſcēdit accipere humanā carnem in venerabiliſsimo vtero tuo: & in quibus te reſpexit, quando te cōmendauit ſancto Ioanni apoſtolo & euangeliſtæ: & quādo te exaltauit, ſuper omnes choros angelorū. Et per illā ſanctam ineffabilem humilitatem in qua tu reſpondiſti archangelo Gabrieli, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundū verbū tuū. Et per glorioſiſsima quindeci gaudia quæ habuiſti de filio tuo domino noſtro Ieſu Chriſto. Et per illā ſanctā & maximā compaſsionem & acerbiſsimum cordis dolorē quē habuiſti, quando filium tuū dominum noſtrū Ieſum Chriſtū āte crucem nudatum, & in ipſa leuatum, vidiſti pendentem, crucifixū, vulneratū, Sitientem, amariſſimū potum fel & acetū ori eius apponi vidiſti. Eli clamantē audiſti, & morientē vidiſti. Et per quinq; vulnera filij tui, & per contractionem viſcerū tuorum, præ nimio dolore vulnerū ſuorum: & per dolorē quem habuiſti quando vidiſti eū vulnerari. Et per fontes ſanguinis ſui, & per

omnem paſsioné ei⁹, & doloré cordis tui. Et per fontes lachrymarú tuarú: vt cú omnibus ſanctis & electis dei, tecum eſſe merear. Et veni ac feſtina in auxiliú & cõſiliú meú, in omnibus orationibus & petitionibus meis, in omnibus anguſtijs & neceſsitatibus meis. Et in omnibus illis rebus in quib⁹ ego ſum iturus, facturus, locuturus, aut cogitaturus, omnibus diebus ac noctib⁹, horis atq; momẽtis vitæ meæ. Et mihi famulo tuo. N. impetres â dilecto filio tuo domino noſtro Ieſu Chriſto, virtutú omniú cõplementú, cum omni miſericordia & conſolatione, omni conſilio & adiutorio, & omni benedictione & ſanctificatione, omni ſaluatione pace & proſperitate, omni gaudio & alacritate. Etiam abundantiam omnium bonorú ſpiritualiú & corporalium, & gratiam ſancti ſpiritus, qui me bene per oía diſponat, animam meam cuſtodiat, corpus meú regat & protegat, mentem erigat, mores componat, actus probet, vota, & deſideria mea perficiat, cogi-

tiones ſanctas inſtituat, præterita mala indulgeat, præſentia emẽdet, & futura moderetur, Vitam honeſtam, caſtamq́; & honorabilẽ mihi tribuat, & victoriam cõtra omnes aduerſitates huius mundi mihi concedat: veram pacẽ ſpiritualẽ & corporalẽ mihi tribuat: bonã ſpẽ, charitatẽ, fidem, caſtitatẽ, humilitatẽ & patientiam mihi præſtet. Quinque ſenſus corporis mei regat & ꝓtegat. Septem opera miſericordiæ complere me faciat. Duodecim articulos fidei, & decem præcepta legis firmiter credere & tenere me faciat: & a ſeptem peccatis mortalibus me liberet & defendat vſq; in finem.

Et hanc orationem ſuppliciter exaudias, & ſuſcipias, [redacted]. Audi & exaudi me dulciſsima virgo Maria mater Dei & miſericordiæ. Amen.

## Oratio ad beatam Mariam.

MAter digna dei, veniæ, via, luxq́; diei. Sis tutela rei, duxq́; comeſ

que mei. Spōſa Dei miſerere mei, lux alma diei. Dignacoli, regina poli, me linquere noli. Vixa deū defē de reū, mihi dando trophæum. Me tibi virgo pia genitrix commē do Maria. Ieſu Chriſte fili Dei viui miſerere mei. Chriſt⁹ rex venit in pace: Deus homo factus eſt. Deus propicius eſto mihi peccatori, & cuſtos animæ meæ nunc & ſē per & vbique, Amen.

¶ Oratio deuota ad glorioſam virginem Mariam,

IN manūs tuas o ſanctiſsima virgo Maria, ego indign⁹ peccator cō mendo corpus meū & animā meā, ſenſus meos, & omnes actus meos, parentes, conſanguineos, amicos & benefactores meos viuos & defunctos: & omnes mihi recomendatos: & quibus debitor ſum. Miſerere noſtri clementiſsima virgo Maria mater dñi noſtri Ieſu Chriſti In clina nūc pias aures tuas ad preces meas: & libera nos ab oī tribulatione et āguſtia, & oibus affligentib⁹ ac calūniātibus nos. Opiſsima dei

genitrix virgo Maria, ne permittas
me amplius tẽtari quam mea fragi
litas ſuſtinere poteſt. O domina
glorioſiſsima virgo Maria, ne dere
linquas me in tribulatione mea, vt
non corruã in cõſpectu aduerſario
rũ meorũ, ne de me gaudeant ini-
mici: ſed me confortet tua gratia
ad voluntatem filij tui faciendam,
& ad propoſitũ meũ ipſi fideliter
obſeruandũ. Ad te dulciſsima & ſe
reniſsima virgo Maria petitiones
meæ & dolores cordis mei aſcẽdãt:
ne quæſo reuertatur vacua ad me
deprecatio mea: ſed miſericordia
tua præueniat & ſequatur me vſq;
in ſenectã & ſeniũ. O dña ꝑſtãtiſsi
ma digniſsima, mitiſsima, caſtitiſsi
ma benigniſsima, fœliciſsima, pul-
cherrima, miſericordioſiſsima vir-
go Maria: ne derelinquas me in ho
ra mortis meę: [redacted] & perducas miſerã aĩam
meam in locum refrigerij, pacis &
quietis: vbi benedicat & glorificet
atq; laudet Ieſum Chriſtum filium
tuum vnà cum patre & ſpiritu ſan-
cto in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Sequuntur ſuffragia ſanctorũ: Et primo de ſanctiſsima Trinitate.

SAncta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis. an. Te inuocamus, te adoramus, te laudamus, te glorificamus: o beata trinitas. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex nunc & vſq; in ſeculum. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus qui dediſti famulis tuis in cõfeſſione veræ fidæi æternę Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quęſumus vt eiuſdem filij firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per dñm noſtrum. &c.

¶ Oratio ad Deum patrẽ ℣. Pater de cœlis deus: miſerere nobis.

DOmine ſancte pater omnipotẽs æternę Deus qui coæqualẽ, conſubſtantialem & coeternũ tibi ante omnia ſecula filium ineffabiliter genuiſti: cum quo atq; cũ ſancto ſpiritu ex te eodemq; filio ꝓcedente cœlum & terram atq; õnia quecunq; exiſtunt viſibilia & inuiſibilia mirabiliter creaſti. Tibi gratias ago te adoro, te laudo, te bene

dico: teque magnifico. Eſto quæſo propitius mihi miſerrimo peccatori: & ne deſpicias me opus manuū tuarum: Sed libera, ſalua, & adiuua me propter nomē ſanctum tuum. Qui viuis & regnas in vnitate. &c.

Oratio ad filiū. ℣. Fili redemptor mundi Deus miſerere nobis.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei viui: qui es ver⁹ & ōnipotēs De⁹, ſplendor & imago patris & vita æterna: cui eſt vna cū æterno patre & ſpiritu ſancto æqualis honor: eadē gloria, coæterna maieſtas, vna ſubſtantia: tibi gratias ago, te adoro, te laudo, te benedico, teq́, glorifico, ne me obſecro perire patiaris, ſed ſalua & adiuua me propter nomen ſanctum tuum. Qui viuis.

¶ Oratio ad ſpiritum ſanctū. Ver. Spiritus ſancte De⁹ miſerere nobis.

DOmine ſpiritus ſancte De⁹ qui coæqualis conſubſtantialis, & coætern⁹ patri filioque exiſtēs, ab eis ineffabiliter procedens: quique ſuper eundem dominū noſtrum Ieſum Chriſtum in columbæ ſpecie, & ſuper ſctōs apoſtolos in linguis

igneis deſcendiſti: tibi gratias ago, te adoro, te laudo, te benedico, teque glorifico. Repelle a me quæſo tenebras totius iniquitatis & perfidiæ & accende in me lumen miſericordiæ tuæ & ignem Sanctiſsimi amoris tui. Qui in Trinitate.

De ſancto Michael. Aña.

MIchael Archãgele, paradiſi p̄poſite, veni in adiutorium populo Dei: & velis nos defendere a poteſtate inimici: & tecum ducere in ſocietatem Dei, ℣. Stetit angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuribulum aureum in manu ſua.

DEus qui miro ordine angelorũ miniſteria hominumque diſpẽſas: concede propitius: vt a quibus tibi miniſtrantibus in cœlo, ſemp̄ aſsiſtitur: ab his ĩ terra vita noſtra muniatur. Per dominum noſtrum.

¶ De ſancto Ioanne baptiſta Aña.

INter natos mulierũ non ſurrexit maior Ioanne baptiſta, qui viam domino preparauit in eremo. ℣. Fuit homo miſſus a Deo. ℟. Cui nomen erat Ioannes Oratio.

PReſta quæſumus omnipotens Deꝰ

vt familia tua per viam ſalutis ince
dat: & beati Ioannis præcurſoris
Chriſti hortaméta ſectando ad eũ
quem prædixit ſecura perueniat
libertate, per dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶ De ſancto Petro commemoratio



O Beate Petre cla
uiger ætheree
intercedere digne-
ris pro me ad domi
num, qui tibi tradi
dit claues regni cœ
lorum: vt tua inter
ceſſione placatꝰ, cõ
cedat mihi meorũ
veniam peccaminum. Pete mihi à
Deo vere penitentiæ compuncti-
onem, ſicut habuiſti quando ama-
re flebas poſt negationem magiſtri
tui: & ſicut te eripuit de manu He
rodis, & de omni expectatione ple
bis Iudæorum: ita dominus Deus
meus dignetur me pro tuis ſanctis
interceſſionibus eripere de mani-
bus omnium inimicorum meorũ,
viſibilium & inuiſibilium: & poſt
hác caducá vitam, me ad æternam

gloriam pducat. Amé. ℣. Petrus apoſtolus & Paulus doctor gentiū. Ipſi nos docuerunt legē tuā dn̄e.

¶ De ſancto Andrea. Antiphona.

SAlue Crux pretioſa: ſuſcipe diſcipulum eius qui pepēdit in te magiſter meus Chriſtus. ℣. In omné terram exiuit ſonus eorū. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorū. Orat.

MAieſtatem tuam domine ſuppliciter exoramus, vt ſicut beatus Andreas apoſtolus extitit prędicator & rector: ita apud te ſit p nobis perpetuꝰ interceſſor. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ De ſancto Iacobo. Antiphona.

O Beate Iacobe omni corde & ore cantande: o patrone ſingularis & amabilis, intercede p nobis ad dominum. ℣. In omnem terrā exiuit ſonus eorum. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum. Oratio.

ESto domine plebi tuę ſanctificator & cuſtos, vt apoſtoli tui Iacobi munita preſidijs, & conuerſatione tibi placeat, & ſecura mente deſeruiat. Per dominum noſtrum.

¶ De ſancto Bartholomeo. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui huius diei venerandam ſanctamque lętitiam, in beati apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti: da eccleſiæ tuę q̄ſumus, & amare quod credidit: & prædicare qđ docuit. Per dominum noſtrum.

¶ De ſancto Sebaſtiano. Antipho.



O quam mira refulſit gratia Sebaſtianus martyr inclytus qui militis portans inſignia ſed de fratrum palma ſollicitꝰ, cōfortauit corda trementia, verbo ſibi collato cœlitus. Ora pro nobis beate martyr Sebaſtiane. ℟. Vt mereamur peſtem epidimiæ illęſi trāſire & ꝓmiſſionē Chriſti obtinere.

DEus qui beatum Sebaſtianū glorioſum martyrem tuum in tua fide & dilectione tam ardenter ſolidaſti: vt nullis carnalibus blandimentis, ſiue tyrannorū minis, nulliſquè carnificum gladijs, ſiue ſagittis, a tua cultura potuerit reuoca-

ri: da nobis miſeris peccatoribus, dignis eius meritis & interceſsionibus, in tribulatione auxilium, in perſecutione ſolatium, & in omni tempore contra peſtem epidimiæ remediũ, quaten⁹ poſsimus contra omnes diabolicas inſidias viriliter dimicare, mundum & omnia quæ in eo ſunt omnino deſpicere: ſuperbiam quoque & vanam gloriam cum omnib⁹ vitijs ſuperare, & quę à te iuſſa ſunt recta intentione perficere. Per dominum noſtrum.

¶ De ſctō Vicente Antiphona.

JAm tibi chariſſime diuini verbi curam commiſeram, nũc quoque pro fide qua aſtamus reſponſa cõmitto. ℣. Corona aurea ſuper caput eius. ℟. Expreſſo ſigno ſanctitatis.

Oratio.

ADeſto domine ſupplicationib⁹ noſtris, vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcim⁹: beati Vincentij martyris tui interceſſione liberemur. Per dñm noſtrũ.

¶ De ſancto Antonio, ℟ſponſoriũ.

SI quęris miracula, mors, error, calamitas, demon, lepra, fugiunt:

gri ſurgunt ſani, Cedunt mare, vin culi, membra, reſq; perditę, petũt & accipiant iuuenes & cani.

℣. Pereunt pericula, ceſſat neceſſi ſitas, narrent hi qui ſentiũt, dicant Paduani. preſa. Cedũt mare. Glo ria patri. preſ. Cedunt mare. ℣. Ora pro nobis beatę Antoni. ℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. Oratio.

ECcleſiam tuam Deus beati Antonij confeſſoris tui ſolennitas votiua lętificet, vt ſpiritualib⁹ ſemper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Chriſtum dominum noſtrum.

¶ De ſancto Blaſio.

AVe pręſul honeſtatis: martyr magnæ ſanctitatis: ſancte Blaſi vir laudande, toto orbe predicande, & opere comprobande. Qui das lapſis releuamen, & infirmis das iuuamen, tu pro nobis intercede, vt cœleſti nos mercede, ditet Deus cũ beatis, regno ſuę claritatis. ℣. Ora pro nobis beate Blaſi. ℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. Oratio.

DEus [redacted] per orationē beati Blaſij martyris tui, atq; pontificis, cunctis eiuſdem memoriam facientibus, a quacūque tribulatione, infirmitate, ſeu aduerſitate teneātur [redacted], concede propitius, vt cuius memoriam agimus in terris, eodem præcante gloriam cōſequamur in cœlis. Per dominum.

De ſancto Laurentio Antiphona.

LEuita Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum crucis cęcos illuminauit, & theſauros eccleſiæ dedit pauperibus. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius. ℞. Coronā de lapide precioſo. Oratio.

DA nobis q̃s omnipotens Deus vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio martyri tuo tribuiſti tormentorū ſuorum incēdia ſuperare. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Oratio de ſancta Anna.

CEleſte beneficiū introiuit in Annam, per quam nobis nata eſt Maria virgo. ℣. Ora ꝓ nobis beata Anna. ℞. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. Oratio.

DEus qui beatæ Annæ tantã gratiam cõferre dignatus es, quod beatiſsimam matrem tuam in ſuo glorioſiſsimo vtero portare meruit, da nobis per interceſsionem matris & filiæ tuæ propiciationis abũdantiam, vt quarum cõmemorationem pio amore amplectimur, earum precibus ad cæleſtem patriã peruenire valeamus. Qui viuit &c.

De ſancta Katerina.

GAude virgo katerina, quã refulſit lux diuina, ter quaternis noctibus. Gaude quod tua doctrina, philoſophos armine, tranſiſti erroribus. Gaude quia meruiſti, confortari voce Chriſti, precibus diuinitus. Gaude quia cõuertiſti, ſpõſa regis & vidiſti, rotas fractas cœlit⁹. Gaude ſerto coronata & inſyna venerata, olli ſtillamine. Eſto nobis aduocata, apud deũ virgo grata in noſtro certamine. ℣. Ora ꝓ nobis ſancta katerina. ℟. Vt digni. Oratio.

DEus qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Synai: & in eodem loco corpus beatæ katerinæ virginis & martyris tuæ, per ſan

ctos angelos tuos mirabiliter collo casti, pręſta q̃s vt eius præcibus & meritis ad mõtem qui Chriſtus eſt valeamus peruenire. Per eundem.

De ſancta Lucia. Antiphona.

ROgaui dñm meũ Ieſum Chriſtum, vt ignis iſte non dominetur mihi, & impetraui a dño inducias martyrij mei: vt credẽtibus timorem auferam paſsionis. ℣ Ora pro nobis beata Lucia. Vt digni efficiamur promiſsionibus. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuæ feſtiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum.

Index in hoc libello contentorum.

Tabula feſtorum mobiliū
Calendarium cum ſuis tabulis literę domi nicalis aurei numeri
Quatuor euangelia. Inuocatio ſancte trinitatis. Oratio eūtis ad lectū. xiii
Oratio cum ſurgis a lecto. ibidem.
Oratio. S. Gregorij. O domine ibidem.
Pſalmus contra diuerſas tribulationes. xv
Verſus ſancti Bernardi. xvi.
Officium conceptionis beatę Marie. xvii.
Oratio pape pii. In viam pacis. xxii.
Oratio ad dextrum latus Chriſti xxiii.

Oratio ſancti Anſelmi/ Domine deus ix.
Officium beate Marie xxiiii.
Officium beate Marie a natiuitate domini
uſq; ad purificationem C.xvi.
Miſſa beati Marie C.lxii.
Septem pſalmi penitentiales cum oratio-
nibus & le ania C.lxvi.
Officium mortuorum C.lxxxv.
Officium ſancte Crucis. CC.xiii.
Officium Spiritus ſancti. CC.xvii.
Officium ſancti Sacramenti CC.xxv
Canticum graduum CC.xxxii
Oratio ad beatam Mariam / Stabat ma-
ter CC.xxxvi.
Orat. ad imaginē Xpi/ cōditor CC.xxxvii.
Oratio ad faciem domini. CC.xxxviii.
Oratio venerabilis Bede. CC.xxxix.
Oratio in fine cuiuſlibet operis CC.xl.
Offm̄ hebdomade ſancte ſcd̄m Ro. cur. i.
Quatuor paſſiones domini. xi.
Oratio ſancti Auguſt. Dulciſſime. xc
Oratio ſancti Aug. Deus propitius xcii.
Oratio de nomine Jeſu. xciii.
Oratio ad beatā virginem Obſecro te. xciiii.
Alia oratio ad beatā virginem. xcv.
Oratio deuota ad virginem. In manꝰ. xcvi.
Sequuntur ſuffragia ſanctorum: & primo
de ſanctiſſima Trinitate. Fol. xcvii. Cum
aliis plurimis ſanctis/ uſque ad finem.

CONIMBRICÆ.
Excudebat Ioannes Barrerius.
M. D. LXII.